vi-moralium Illic non habent co
passionem quia damnatis tunc p
desse non
Augustinus.

Tu corrige reatum a gaude bis ab
iudicem. Hodie enim hortatur te
ne iudicet te. cum autem venerit iu
dicii tempus: correctionis locus no
erit: sed tm damnationis. Erit ibi
penitentia sed infructuosa qa sera
tue. **L** dicent. **L** iustil. ecce id qui non
posuit deum adiutorem suum. **L** per
bona merita. **S**ed speravit i mul
titudine diuitia

Calliodo
rum suarum. **Calliodo**
diuitias hic: vniuersas pompas
seculi accipere debemus in quibus
iste seculi amator: spem et fiduciaz
posuit a ideo dam
natus est

Jeronim
Sed nunquid tantum malum sit
diuitias habere. tantu vt de iusto
habeantur a deo gratias referatur
qui eas dedit. **N**on. Sed malum
est spem in diuitijs ponere cum in
alio psalmo dicit. Diuitie si afflu
ant nolite cor apponere. Diuiti
as licet habere ad necessitatem: a
non licet possidere ex amore. **N**am

Abraham et reliqui boni diuitias
habuerunt: si spem in eis no ha
buerunt. **S**equitur **L** et preualuit

Nicolaus ad tempus **L** in
vanitate sua **L**
quia prosperitas eius transiit ve
lut ym **Augusti** Quid emz
bra **Augusti** vanius eo
qui putat plus habere nummum

q̄ deum. Ergo hoc genere maloru
damnato: q̄ d dicit de te o corpus
christi. **E**go autem sicut oliua
fructifera in

Nicola Per oli
uam fru
ctiferam hic intelligitur oleuz qd
de fructu oliue exprimitur. quo lu
cerne in domo dei replebatur sicut
legitur leuitici. xliij. Est igitur sen
sus **E**go autem sicut oliua fructife
ra id est sicut fructus oliue est fo
mentum luminis in domo dei. Sic
innocentia mea lucebit coraz deo.
nec extinguet per maloru nequi
ciam. **S**perauit. no in diuitijs sicut
genus malorum. sed **L** in misericor
dia

Jeronimus Quia
dei. **Jeronimus** hec no
est humane fragilitatis facultas
vt per se quis saluus fiat sed per
misericordiam **L** dei in eternum a i
seculum

Nicolaus id est
seculi. **Nicolaus** non tm
sperauit in misericordia dei in vita
presenti sed in vita futura. **N**on
sitetor tibi in seculuz. id est lauda
bo te quia fecisti. **L** mibi misericor
diam in presenti. **L** et expectabo no
men tuum in futura retributione
iustorum. **N**omen pius est **I**esus
id est sal

Calliodorus
uator. **Calliodorus**
Nomen eius expectat qui se in iu
dicio domini saluatoris per mise
ricordiam ei credit esse saluandū

Hugo id est dul
ce a sua
ue in conspectu. id est in iudicio
a estimatione sanctoru tuorum. **L** q̄
d. gustant suauitate loq̄tatis eius

sicut gustauerat beatus Bernhart
bus qui dicebat. **I**esus est melos
in aure. mel in ore. et in bilis i cor
de. **Nicolaus** Hoc tamen
nomen in cō
spectu malorum non est bonum q̄
frequēter verbis et factis blasphemant
Collectoꝝ Hoc no
ipsum. **Collectoꝝ** men audi
re possunt a boni a mali. non autē
gustare nisi sancti. Et quanto quis
sanctior ē tanto dulcius a suauius
sapit nomen domini in corde eius.
Tanto etiam patientius et deside
rabilius ipsum expectat vt tandem
videre mereatur quod amat. Nos
igitur carissimi considerata iniquo
rum perditione: et bono cum salua
tione: Rogemus suppliciter mentis de
uotione dominum deum nostrum
vt ab omni dolo liberi: ab omni ini
quitate mūdati: mereamur plan
tari sicut oliua fructifera in ciuita
te celesti vbi in trinitate perfecta
laudatur deus in secula seculorū
Amen.

Psalm⁹ lḡ

Trit insipi
ens in cor
de suo nō est deus
Titulus. In fineꝝ pro amalech in
tellectus Dauid. **Antiochus** rex
grece in tantam insaniam deuenit
q̄ negauit verum deum et captiua
uit populum israel a cepit ciuitate

ierusalem a posuit ydola i templo
vt haberetur i machabeorum. i de
qua captiuitate fuit populus isra
el liberatus per machabeos. **F**ecit
ē Dauid hūc psalmum oītra hūc
fatum regem ad laudem dei: in di
rectione: a confirmationem populi
Hugo Sic tangit hystori
am que habetur pri
mi Regum vicesimo q̄nto capitulo
Vbi dicitur q̄ absēte Dauid ama
lechite irruentes in sychelech par
uam ciuitatem: quam dederat ei
Achis rex geth expugnauerunt
eam et viros et filios a animalia
Dauid captiuantes succenderunt
ciuitatem. Quod cum Dauid reuer
tens de exercitu achis cognouisset
persecutus est amalechitas quos
percussit a omnia sua liberauit a re
dixit. **H**ic autem psalmus agit
nō de historia ista sed de siḡto hu
ius nominis **Jeronimus**
amalech. **Jeronimus**
Quod interpretatur dolens siue
parturiens. et significat ecclesiam
corpus christi que dolet pro pec
catis suis et aliorum. et parturit fi
lios per verbum predicationis. si
cut **Apostolus** dicit Per euangeli
um egovos **Cassiodor.**
genui. **Cassiodor.**
Licet enim psalmus iste magna
ex parte similitudinibus versuum ter
tiodecimo psalmo cōuenire nosca
tur Intellectus ipsorum qm̄ ma
i me permutatus est: diuersitate ti
tuloꝝ. Nam cum ille habeat p
titulo p̄s Dauid. Iste atinet in fine
p̄ amalech intelles dauid vt s̄. di

Aut est. ita non inuatis uersib9
aliud ille. aliud iste pronunciat esse
uenturum Ille enim contra in deos
promittitur. Iste contra omnes pec
catores insurgere generalit iudica
tur. Ille de incarnatione domini. iste
de aduentu iudicij in fine p̄s dictu
rus est. **Ecclesia** igitur multorum
refrigescente caritate dolens popu
lum commonet perfidorum ut a su
is iniquitatibus conquiescat. ne
in diuina disceptatione id est iudi
catione uel arguone disparet. vn
de propheta in persona ecclesie ge
nus malorum increpans ait.

Urit insipiens cogitatio in
corde suo ubi est deus. et sub
audit. **Augustinus**

Qui putat deo placere facta mala
non eum putat deum. Si enim de
us est iustus est. Si iustus est: dis
plicet ei iniusticia. displicet iniqui
tas. Cum dicis in corde tuo fauet
iniquitatibus meis deus. nihil ali
ud dicis q̄ **Castiodorus**

Et ut hunc insipientem per multi
plices errores potuisses aduertere
pluralem illi numerum decenter ad
iunxit di
Jeronimus.

Corrupti sunt de lege bone na
ture et abominabiles. id est odi
biles facti sunt in iniquitatibus
suis.

Nicolaus. Non est
bonum. scilicet meritum. quod
fieri non potest sine fide operante
bonum per dilectionem. licet aliqn

do faceret aliquod bonum de gene
re. **Non est usq; ad unum.**

Castiodorus. Hoc est em̄
quod ecclesia
dolebat ut in tanta multitudine pec
ditorum non sit qui bonum posset
operari quod de illis tantum debz
accipi qui extra religionem catho
lice fidei positi in obstinatione de te
stabili perdurant. de quibus infe
rius est dictum. **Qui deuorant ple
bem meam et reliqua. Dominus**
de celo prospexit. id est vno quo
q; predicatore suo quos tanq̄ celi
infi
Jeronimus. Prospi
cet. **Per suos sanctos. Super filios homi
num.** **Castiodorus.**

Ut errantes non perderet; sed pe
nitentes pia confessione saluaret.
**Ad hunc finem prospexit. ut vi
deat. id est ut videri faciat ut incre
dulis et peruersis excusatio tolle
retur.**

Nicolaus. Si est in
terit **Aut re
quirens deum. per veram et bona
operationem. Quales autem inue
ti fuerint subditur. Omnes dedi
nauerunt. a rectitudine iusticie.**

**Simul inutiles facti sunt. id est in
epti ad consecutionem vite bone.**

**Sicut medicina dicitur inutilesque
est inepta ad consecutionem sani
tatis.**

Jeronimus. Non
faciat bonum non est usq; ad unum.

**Nullus enim ex istis implet volu
tatem patris celestis.**

Nicolaus Unde ly vnu
siue vt sit sensus q̄ nec vnus talis
reperitur in eis. **Cassiodorus**

Nam si aliquem bonum voluisset
intelligi non diceret vsq; ad vnum
sed prerer vnuz. hoc de illis dicit q̄
corde durato in scelerato permanse
re pro **Nico** Consequenter po
posito **Nico** nitur pene defmia
tio cum dicit **Nonne cognoscent**
omnes qui operantur iniquitatem.

Cassiod Scilicet qui fide
les domini lamiae
contendunt. qui contra mandata
de viduas opprimunt. pupillos ex
poliant. & quibus subdit **Qui de**
uorat plebem meam vt cibum panis.

Nico vita delectant in spoliati
one & occisione innocenti
acsi comederet **Cass** Vel ita in v
bonu cibum **Cass** su hnt p se q̄
innocentes sicut panis est cibus
quotidiana comestione desiderat
Nec vacat q̄ dicit plebem meam;
vt ostenderet omnia superiora se
dixisse de **Nicola** Qui vtiq;
pessimis **Nicola** sciet dei in
sticiam per pene infligende experi
enti **hugo** Tunc enim scient i
am **hugo** pena: quod nunc ig
norant in culpa quia oculos quos
culpa claudit **Nicol** Unde i
pena aperit **Nicol** persoa
tatum dicitur **Sapientie** quinto
Lassati sumus in via iniquitatis &
perditionis. ambulauimus vias
difficiles. viam domini ignorau
imus. **Quid** nobis pfuit superbia

nostra. aut quib; diuiciis cum iacta
tia contulit nobis. & transeerunt oia
illa tanq; vmbra. **Et** subditur ibi
dem **Talia** dixerunt in inferno hij
qui peccauerunt. **De** quibus pecca
toribus adhuc subdit **Deum** no
inuocauit **Augusti** Hoc q̄
runt **Augusti** q̄ inuo
cat quod vult ad se venire Nam cu
di cis. **Deus** da mihi diuicias: non
vis vt ipse deus veniat se dvis vt di
uicie veniant ad te. **Ergo** isti qui
propter secularia commoda: qui
propter terrena bona: qui prop
pntē vitam & terrenam felicitate;
inuocant deum: aut seruiunt deo:
non inuocant deum. **Propter** quod
de illis sequitur **Illic** trepidauerunt
timore vbi non erat timor. **si** iuste

Cassiodo Peccatores nu
di istis in isto
seculo timent ne adpta felicitate
fraudentur. ne diuicijs inuentis mi
nus perfruatur. ne adquisitis pri
uentur honoribus. **Hic** enim viui
formidant amittere que se tamen
norunt humana conditione relin
quere. **Illa** enim non cogitant per
que verissimo timore torquendi
sunt quando illis erit fletus & stri
dor dentium. **Et** vere scient peccato
res q̄ malum non erit impunitu;
Quoniam deus dissipabit libe
dissipabit ossa eorum. **Versus**
iste non est deus i tredecimo psal
mo. sed nouiter hic ad confirman
dum iudicii tempus apponitur **De**
us ei in futura disceptatione ipso
rum dissipat ossa id est obstinati
ones durissimas quorum nouit

atrocitate induisse proteruiam.
Addidit quoque qui hominibus placent. quod sceleratorum specialiter esse dimoscitur. **I**ustus vir sibi semper displicet dum carnis sue vitia celesti consideratione castigat. **M**ali vero amant unde pereant: desiderant unde damnentur.

Hugo Sed nonne bonum est hominibus placere secundum illud Ecclesiastici. viij.º. **S**euere magnatis sine querela. **V**n.º. **P**ros. ij.º. et **D**anielis. ij.º. legitur quod **M**oyses et **D**aniel fuerunt amici regum. **I**tem dicit apostolus. prima ad **C**orinthios. 7. **E**go per omnia hominibus placeo. **S**olutio. **B**onum est placere hominibus ad illicitum eos ad bonum. et secundum hoc intelliguntur auctoritates prebide. **M**alum autem est placere eis pro inani gloria. et sic intelligitur quod hic dicitur: qui hominibus placent id est placere appetunt propter inane gloriam. **S**ecunda pena malorum exprimitur cum subditur. **C**onfusi sunt. id est confundentur et erubescunt: quando eis dicitur. **I**te maledicti in ignem eternum. quoniam deus spreuit eos. quia deum spreuerunt. **S**preuit autem deus eos quos non corripit: sed sinit eos currere per campos licencie. **V**nde supra dixit. **A**uferuntur iudicia tua a facie eius. **S**equitur.

Cassiodorus Quis dabit] supple nisi tu domine. **V**ox ecclesie credentis est: non dubitantis. Lex spon] illa celesti. salutare israel] id est

salute populo fidei per fidem vera dum videnti. cum conuerterit dominus captiuitate plebis sue: exultabit Jacob et letabitur israel]. **V**ersus iste futuram commemorat felicitatem: quando fideles domini plenissima libertate gaudebunt. **E**t respice quod in resurrectione generali frequenter **J**acob patriarcha israel nominatur: propter illud. **J**acob dilexi: **E**sau autem odio habui. **C**ongrue siquidem dilectus in tanta temporis commemoratione ponitur ubi sine fine gaudetur. **I**ntulit et letabitur israel. **I**nterpretari diximus israel videns deum. quod ecclesie sine dubitatione concedit: quando sicut illi promissum est in eterna patria collocabitur.

Collector **N**os igitur fratres carissimi quod diu nobis superest vita merendi: abijciamus opera tenebrarum: despiciamus mundum cum delectationibus suis quatinus in herendo sancte conuersationi talem dei adiuuante gratia possimus ducere vitam in hoc mortali corpore: ut post hanc vitam presentem ante conspectum eterni iudicis. consequamur eius misericordiam et eterne vite salutem onem: ad quam nos perducere dignetur ipse piissimus dominus noster **J**esus christus cui est honor et gloria in secula seculorum. **A**men.

Psalmus liij.

O Deus in no-
mine tuo saluum me
fac. Titulus In fine

in carminibus intellectus Dauid
cum remissent ziphi et nunciassent
Saul. Nonne Dauid absconditus
est apud

Hugo Iste titulus
sumit de hy-
storia que est pmi Regum. xxiiij.
et. xxvi. Non quia psalmus iste
agat de hystoria illa: s; quia agit
de misterio illius hystorie. Sicut
enim Dauid fugiens a facie Saul
qui eum persequabatur: latuit in-
ter ziphios: et illi prodiderunt eum
Sauli ad interficiendum. Sic a to-
mim hoc mundo latet inter malos
qui florent: et ab eis fatigantur.
Est ergo sensus huius tituli. In
hoc psalmo ostenditur intellectus
Dauid prophete vel cuiuslibet fide-
lis. Intellectus dico habitus pro
eo quod factum est cum remissent zi-
phi et nunciassent Sauli. Ziphi
interpretantur florentes. Per hoc
enim intelligitur quod peccatores flo-
rentes in hoc mundo: nunciant Sau-
li id est morti vel dyabolo bonos la-
tere inter malos. quem intellectus
habent qui mentis acie intendunt
in finem id est in eorum nouissima
videlicet. ad que finem iniqui flo-
rentes sunt venturi. Et ideo intelli-
gentes eorum falsam felicitatem tre-
minandam: semper sunt in carmi-
nibus id est in laudibus.

Augustinus Quibus lau-
dibus. Do-
minus dedit dominus abstrulit: sic

domino placuit ita factum est. sic
nomen domini benedictus. Si psal-
mum intelligere volumus: inueni-
amus in genere humano hic Da-
uid absconditum et latentem: et
inueniamus ei aduersarios floren-
tes. Attende Dauid latentem. Mei
tui enim estis dicit apostolus mem-
bris christi: et vita vestra abscon-
dita est cum christo in deo. Isti er-
go latentes quando erunt florentes.
Cum christus inquit apparuerit
vita vestra: tunc et vos apparebi-
tis cum ipso in gloria. Et tunc isti
ziphi are-

Jeronimus Sicut
herba
quasi hodie vitibus videtur esse vi-
gorem venit hyemps: sic peccatores
qui sperant in diuitiis et gloriantur in
vanitatibus seculi videntur nunc flo-
rere: et in die iudicii areferentur
ignem reseruantur. Isti deputantur
ad penam: et sancti ad regnum.

Augustinus Ista duo
genera ho-
minum distinguere debetis: et eo-
rum alterum eligere. Quid enim
nosse tibi prodest si eligere piger
es. Equidem nunc eligendi facul-
tas adiacet. veniet tempus quando
tibi potestas dederit eligendi: cum
iam deus sententiam non differat iu-
dicandi. Sed multi filii lucis inhe-
rent cum viderint felicitate florere ma-
los: dicunt apud seipso. Quid mi-
hi prodest innocentia. Quid mihi
quod deo seruo: quod mandata eius cu-
stodio: quod nemini iniuriam facio.
Ecce hec omnia facio: et florent il-
li: et ego laboro. Sed intellige quod

licet nunc florent in seculo: arescēt
tamen in iudicio: a post auiditatez
in ignem mittentur. Ignoras quia
deus tuus ad te uenens: tibi pro
misit q̄ per multas tribulationes
oportet te intrare regnū dei: sicut
hoc in seipso ostēdit. Si flos a glo
ria ziphæorum: amatum uidelz
mundi appetendus esset; ipse domi
nus tuus nonne in hoc seculo floru
isset? Maluit enim inter ziphæos
latere: a dicere pontio Pilato inter
roganti de regno eius. Regnū me
um non est de hoc mūdo. Ergo hic
latebat: a omnes boni latent hic.
quia bonum eorum intus in corde
eorum est: ubi fides: ubi caritas a
spes ac ceteræ virtutes abscondun
tur. et horum bono cum merces la
tet. sed apparebit cum uenerit filius
hominis separare oues ab edis:
bonos a malis. Tunc ziphæi ad fi
nistram stantes sero penitebunt
se in delicijs huius seculi floruisse.
Si tibi aliqua seculi sublimitas cō
petat: obserua in occulto virtutes
tuas: a foras de sublimitate nolite
tollī. Nam si ex illa uel de seculi pro
speritate elatus fueris cades in flo
res ziphæorum. **Augusti.** Attēde
ster regina deprecans pro literati
one populi sui cepit orare a in illa
oratione cōfessa est illa omnia in si
gnia regalia sic sibi esse uelut pan
num menstruate. Esti hoc mulier
iudea potuit: non poterit ecclesia
christiana. Ipsa igitur ecclesia a
populus fidelis precatur ne eum
inimici fortissimi grauare preua le

ant: dicens.

Quis in nomine J. quod est Je
sus a saluator: saluū me fac
quasi dicat. salua me in tua passi
one. Let in uirtute tua. a in miseri
cordia tua. Cum enim uirtus dei p
se ponitur: intelligit misericordia.
quia proprium dei est misereri et
parcere. Lūdica me iudicio discre
tionis a separa me a ziphæis: hoc
est a malis. Et o tu. **Q**uis. Qui es
uere in promissis. Exaudi oratio
nem meam. mentalem per quam
precor in nomine tuo saluari. Lau
rib? Idem tibi percipe uerba oris
mei. a orationem meam uocalez.
Iustus orat intus in corde prop
se: a orat exterius uoce ad excitati
onem deuotionis: tam pro se q̄ p
proximis suis. Postea subiungit cau
sas quare ita ardentem petit salua
ri et exaudiri. Prima est q̄ habet
hostes crudelis. Uñ dicit. **Q**uo
nam aliam. non natura: sed uita
et moribus: ut sunt mali et falsi
fratres. Insupererunt aduersum
me. id est contra me: ad perseque
ndum et diffamandum me. Let for
tes. si malo: uidelicet persecutores
et demones. Quæsierunt animam
meam. ab decipiendum a perden
dum me. Causa; quare ab hoc mo
uentur subiungit: dicens. Et non
prospuerunt deus ante conspectū suū.
Augustin⁹ quia ante con
spectum suum non est nisi seculum. Quomodo cu
muletur fit numus super numus.
quomodo augeantur greges: quo
modo impleatur apotheca: quomodo

dicitur amicis: habes multa bona
iocundare: epulare: satiare.

Cassiodoro. Perdit autem
deum ante oculos suos. quia
ignorare illud credunt que mente
scelerata concipiunt. hec est pia ora
tio qua desiderabat audiri: ne illi p
mitterent suas voluntates efficere
quos constabat deus ante oculos
non habere. **Ecce enim deus ad
iuuat Augustinum**. Omnes
sancti adiuuantur a deo: sed intus ubi
nemo videt. Quomodo enim magna
pena est impiorum conscientia: sic
magnum gaudium piorum ipsa
conscientia. Nam gloria nostra hec
est ait apostolus: testimonium con
scientie nostre. Quomodo te adiu
uat. **Et dominus susceptor est anime mee**.

Cassiodoro. quia non solum
in laboribus ad
iuuat: sed etiam a peccatis omnibus
miseratus absoluit. Et intueri quod
dicit: anime mee. ut si corpus pe
riculis exponatur: anime tamen sa
lus illesa seruetur. **Averte mala
inimicis**. **Nicola**. id est auer
te a me ma
la ab inimicis meis contra me co
gitata: et conuerte super eorum ca
pita: secundum quod dicitur Proverbi
xi. capi. In insidijs suis capientur
iniqui. Unde et translatio hebraica
habet. redde malum insidiatori
bus meis. **Et in veritate tua**. qua
reddes unicuique iuxta opera sua.
Disperde illos. **Augustinus**. Isti flo
rent seculi: perdunt virtute dei:

florent ad tempus: pereunt in eter
num: florent falsis bonis: pereunt
veris tunc. **Jeroni**. Disper
tis.

illos in die iudicij: in tua iusticia
vindicta: diaboli: videlicet a mem
bra eius. Et ut deprecatio sit magis
exaudibilis: promissionem deo fa
cit: dicens. **Voluntarie**.

Hugo id est non coacte. quod
ut ait Augustinus: non
placent deo coacta seruicia. **Sacri
ficabo tibi**. sacrificium boni operis
videlicet sacrificium iusticie.

Cassiodoro. Sacrificare autem
voluntarie do
mino est puritatem bone volunta
tis offerre: et propter hoc tantum
illud colere: timere: vel amare: quod de
us est: quod creator: quod rerum omnium
pius probatur esse disposito.

Augustinus. Ipsum autem
gratis dilige:
quia melius ab eo non inuenis
quod det: quam seipsum det.

Cassiodoro. Sacrificant etiam
et voluntarie deo
qui inter angustias passionum in
gite gratias agunt: sicut sanctus
Job fecisse memoratur. Sequitur.
**Let confitebor nomini tuo domine
quoniam tu
num est**. **Nicola**. et letor con
fessione laudis bonitatem quam mi
hi exhibuisti: a hoc bonum est.

Cassiodoro. Nam illum vel
le laudare me
stimabile bonum est. quia liberat
ab omni malo. **Ubi subdit**. **Vo**

tionem in quibus est. **Plangit** enim inter mala seculi. quia mundus non est locus gaudij sed meroris. hoc tamen intelligit ecclesia in carminibus id est in laudibus. sicut **Job** qui in tribulationibus benedixit dominum: si tamen acies mentis dirigitur in finem in christum.

Cassiodorus ad quem constat quicquid fideliter ac recte agimus sine dubitatione referendum. **Hugo** Intendit enim hic

psalmus monere bonos ut mala presentia attendant: et inter ea plangent videntes istam regionem non esse locum gaudendi: sed gemendi.

Collector Qui quidem psalmus in persona christi de eius passione et resurrectione a **Jeromimo** et **Cassiodoro** exponitur. Sed ab **Augustino** magis in persona ecclesie vel fidelis tribulati videtur expositus. Secundum quem modum hic psalmus est vox ecclesie vel tribulati fidelis orantis atque dicentis. **L**

Hugo **Exaudi deus orationem meam** de obtinendis bonis **Let ne desperaris deprecationem meam** de malis amovendis. **Cassiodorus** Poterunt enim ex auidi prius et postea despici: quod evenit eis qui mundi istius bona desiderantes accipiunt que precantur: et tamen postea despiciuntur.

quia nequaquam eterna premia que fuerunt. **Petrus** cantor parisiensis. **Et** quia sepe repetenda est oratio:

addit. **Intende mihi** videlicet orationi. **Let exaudi me** dando quod postulo. **Causam** vero sue orationis ostendit: dicens. **Contristatus sum in exercitatione mea**.

Hugo Est enim exercitatio corporis: ut in peregrinatione et ieiunio. **Est** et alia interior: que est pietatis et misericordie. De his duabus dicit apostolus **1^o** ad **Thimotheum**. **1^o**. **Exerce te ipsum ad pietatem**. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. **Tercia** exercitatio est in tribulationibus de qua hic loquitur. **Oportet** enim nos hic contristari: si velimus in futuro ad letitiam transire. **Omnes** enim motus a contrario in contrarium sunt. **Eligat** igitur hic unusquisque quod voluerit: letitiam vel tristitiam: quia hinc ad suum contrarium transiturus est. **Vnde** **Johan. 17^o**. **Mundus** autem gaudebit: vos autem contristabimini. sed tristitia vestra vertetur in gaudium. **Et** **Luc. 21^o**. **Ne** vobis qui nunc ridetis: quod flebitis.

Collector **Rec solus contristatus**: sed **Let** turbatus sum **corpore et anima**. **La** **voce inimici** **obloquentis** mihi **a** **contradicens**. **Let** a tribulatione peccatoris **affligentis** me.

Augustinus **Reputatis** gratis esse malos in hoc mundo: et nihil boni de illis agere deum. **omnis** malus autem ideo vivit ut corrigatur: aut ideo vivit ut per illum bonus exercetur ad tolerantiam. **Vnde** et

go qui nos modo exerceant conuer-
tantur et nobiscum exerceantur.
tamen quodam ita sunt ut exerceant
non eos o derimus. quia in eo quod
quis eorum malus est utrum usque
in finem perseveraturus sit: igno-
ramus. Et plerumque tibi videris o-
disse inimicum: fratrem odisti a ne-
scis. Diabolus et angeli eius in scri-
pturis sanctis manifestati sunt no-
bis quod ad ignem eternum destina-
ti sunt: ipsorum tantum desperanda
est correctio: contra quos habemus
occultam iudicium. Ecce enim breuiter
audite et intelligite si bonus es in-
micum non habebis: nisi malum.
Poro tibi ea bonitatis regula pre-
scribitur: ut imiteris bonitatem pa-
tris tui: qui solem suum oriri facit
super bonos et malos: hoc est ut
vincas in bono malum beneficien-
do inimicis vel orando pro ipsis.

Hugo Nec mirum si contri-
statis sum. **Quo-**
niam ipsi inimici **dedimauerunt**
id est intulerunt **in me** per detra-
ctionem et obloquationem **iniqui-**
tates que tamen eorum erant et
non mei. quia false me in culpa ve-
runt **et in ira** hoc est in malo suo
et non meo merito **molesiti erant**
mibi hoc est seueiebant in me sine
ratio. **Augustinus** Duos in-
micos con-
stituit tibi ante oculos. vnum aper-
tum. alterum occultum. **Aper-**
tum hominem. **occultum** diabolum. **Vnum**
vide: alterum intellige. vnum dili-
ge: alterum caue. **Inimicus** quem

vides in te vult humiliare: vnde
vincitur. **Verbi gratia.** Si in diui-
tijs tuis vincitur: pauper te vult
facere. si honore tuo vincitur: abie-
ctum te vult facere. **Ea** ergo que at-
tendit in te vult deicere vel aufer-
re quibus vincit. **Et** ille occultus tuus
inimicus illud tibi vult tollere vnde
vincitur: hoc est dilectionem in-
mici. **Si** diligitur aperte seuiens:
victus est occulte seuiens. **Et** quia
inimici mei seuiendo molesti sunt
mihi. **Hugo** **Cor meum conturba-**
hi. **Hug** **tu e intra me.** hoc est
quod alibi dicitur. **Turbatus** est
pre ira oculus meus. **Ac** si dicat.
Oculus rationis mee turbatus est
propter molestias quas mihi in-
ferunt. **Nec** tamen est hec turbatio
extra me quasi usque ad vindictam
ut vellem reddere malum pro ma-
lo. **Let** quia sic commotus sum con-
tra malos **fortitudo** mortis occidit
super me. id est timeo incurrere fra-
trem obium quod est mors ani-
me: sicut prima **Job. in.** **Qui** odit
fratrem suum homicida est. **Quo-**
mor anime **et tremor** mortis **ve-**
nerunt super me. id est circumde-
runt. **Et** contemperunt me tenebre. id
est tenebrosi peccatores. **Vnde**
apostolus ad **ephe.** quinto. **Fuistis**
aliquando tenebre. **Et** consti-
tutus inter has conturbationes
dixi id est deliberando optavi.
Quis dabit mihi penas. **Vir-**
tutum.
Jeronimus **Ecclesia** du-
as pennas
habet: videlicet duo precepta cari-

tatis . dilectione; dei scilicet et pro
ximi. **Hugo** Et addit. Sicut
columbe id est
mibi in hac conturbatione gemē
ti sicut columba que gemitum ha
bet pro cantu. **Columba** amat so
cias suas et gemit tamen inter eas
Columba a molestiis querit auo
lationem: sed non amittit dilectio
nem. **Sic** iste vir sanctus molesti
is malorum perturbatus fugam
querit dicēs. Et volabo extra per
turbationem malorum: et extra
tumultus secularium negotiorū
Et requiescam. in tranquillita
te mentis gustando quā suavis est
domini. **Augustin** ⁹ Exurgit
19. plerun
q; in animo serui dei desiderium so
litudinis non ob aliud nisi prop
ter turbaz tribulationū atq; propter
mores peruersos malorum. Et di
cit. **Quis** dabit mibi pennas vt e
uolem. **Conuicia** hominum ferre
non possum. perturbant me. strī
dent super me dentibus. accendun
tur in iracundiam. interficiūt ani
mam meaz. prodesse illis non pos
sum verbis meis et colloquione.
Vtinam requiescam alicubi sepa
ratus ab eis corpore: sed non amo
re. **foris** tan prodero eis orando ne
proximi dilectio in me conturbet.
Dicant ista homines: sed plerunq;
ligantur ita officio vel cura vt vo
lare nō possint. **Si** sic ligant dicāt
cum apostolo. **Optabam** dissolui
et esse cum christo: et hoc optimū.
manere autem in carne necessari

um propter vos. **Columba** delica
ta religata affectu: non cupiditate
volare non potest propter implē
dum officium non propter paruū
meritum: tamen desiderium in cor
de necesse est vt sit. **Non** autem de
sunt persecutiones. quia verū est
illud. **Omnes** qui volunt pie viue
re in christo Iesu persecutione; pa
tiuntur. **In** omni congregatione
multitudinis necesse est vt inueni
antur mali. **Attende** consolatore;
regem nostrum christum creatū
esse inter nos. **Attende** quia duo
decim suis misit vnum que; pa
teretur. **Deus** enim qui nouit exer
cendos nos misit nobis: et nō per
seueraturos: aut certe ita simula
tos vt nec ichuauerint in quo per
seuerare deberent. nouit enim ne
cessarium esse nobis vt feramus
malos: et proficiat quod boni sumus
Diligamus inimicos. corripiam?
castigemus. excommunicemus.
vt cum dilectione a nobis etia; se
paremus. **Itaq;** ne amittam dile
ctionis vitaz: quis dabit mibi pen
nas sicut columbe; et volabo: et re
quiescam. **Quo** iturus es. **Quo** vo
laturus. **aut** vbi requieturus. **Et**
et elongauit me Sicut fugiens et man
si in solitudine. **In** qua solitudi
ne forte fugies. **In** solitudine hoc
est in conscientia: quo nullus ho
minum intrat. vbi nemo te; est
vbi tu et deus es. **Et** si solus es in
conscientia: non tamen solus es in
caritate. **Dilectio** proximi te contur
bat. cum quo cum infirmatur: in

fimentis . cum quo cum patitur :
compatetur . Sicq; et in conscientia : forinsecus co-
turbatur . nam tribulationes non te-
relinquent . Quapropter fidelis non
spiritu vindictae sed zelo iusticie de-
clarans venenosum periculum la-
tens in priuati inimici corde : a con-
siderans fortitudinem persecutoru
damat ad deum : dicens . Exaudi o
deus pater pro populo tuo oratio-
nem quia deus aliquorum oratio-
nem audit et annuit . a quorunda
audit et auditas despiciat : ut illoru
qui temporalia petunt ad volupta-
tem : sedm illud Ipse punit illis ma-
na ad manducandu . Et post pauca
abbat . Ecce erat adhuc i ore eoy et
ira dei ascendit sup eos . Et id oradu
e ne despiciat oioez nra; Eccl . xxxv .
No despiciat dñs loq̄la pupilli cu
effuderit q̄re **Colle.** Gregori
la gemit . **Colle.** us i libro
decimo moralium hunc versiculuz
sic exponit . Fugiens se elongat qui
a turba desideriorum temporalium
in alta dei se contemplatione sub-
leuat . Manet vero i solitudine qui
perseuerat in remota mentis in-
tentione . In solitudine quippe mane-
re est a secreto cordis desideriorum
terreno cum tumultus expellere : a
vna intentione eterne patrie i amo-
rem intime quietis anhelare . Om-
nes enim qui vel illicita appetunt
vel in hoc mundo videri aliquid
volunt densis cogitationuz tumulti-
bus in corde comprimuntur . Ali-
us namq; iuri se luxurie subdit at

q; ante mentis oculos scemata id
est figuras turpium perpetratio-
num fingit . Et cum effectus operis
non tribuitur : hoc crebrius agitur
intentione cogitationis : et animo
cecatu occasionez nequissime ex-
plecti onis rimatur . Mens itaq; hec
quasi quendam populum patitur
qui insolenti id est fatuo cogitatio-
num tumultu vastatur . Alius ire
se domino strauit . et quid in corde
nisi iurgia etiam que defunt pera-
git . Dic sepe presentes inuidet . ab-
sentibus contradicit . intra semet
ipsum contumelias profert et re-
cipiet . Receptis autem durius re-
spondet . et cum qui obuiet nullus
assit magnis clamoribus iras in
corde componit . Alius iuri se aua-
ritie tradidit et fastidies propria
aliena concupiscit . Dic plerumq; co-
cupita adipisci non valens . Diem
quidem in ocio : noctem vero in co-
gitatione versando . torpet ab vti-
li opere . quia fatigat illicita cogi-
tatione . Alius tyranni se superbie
se subicit . honorem sublimium in-
fulas appetit . exaltari successibus
exquirat . totumq; quod esse deside-
rat sibi apud semetipsum in cogita-
tionibus depingit . At contra san-
cti viri q; nihil huius mundi appetit
nullis proculdubio in corde tumul-
tibus premuntur . Omnes quippe
inordinatos desideriorum motus a-
cubili cordis manu sancte confide-
rationis eijciunt . Et q; transitoria
cuncta despiciunt ex his nascentes
cogitationum insolentias non pa-

faciunt credentiam emptoribus suis: a tunc plus vendunt ratione termini solutiois longioris quod est usura.

Augustin ⁹ Est et alia usura prior quando non dimittis quod tibi debetur. et turbat oculos in illo versu orationis. **Dimitte nobis debita nostra.** Verbum contumeliosum audisti vis exigere damnationis supplicium: iniuriarum pugno percussus es: interfectione: quis usura mala.

Hugo que patitur ecclesia vel vir iustus ab apertis inimicis consequenter agit de malis que patitur a falsis fratribus que omnibus esse intolerabilia multis modis: dicens. **Quomiam si inimicus meus**

publicus peccator: male dixisset mihi: manifeste sustinuissem viam. sed illud non possum ita sustinere quod amicus maledicat mihi **Vnde Mich. vij. Inimici hominis domestici eius.** **Et** **is qui oderat me super me magna locutus fuisse.** id est per superbiam mihi insultasset dominando **abscondissem me forsitan ab eo.** fugiendo presentiam eius. Sed ab his qui videntur me amare et tamen invidiantur mihi non possum me abscondere. **Vnde dicit beatus Bernardus** **Nunc in ecclesia impleta est illa propter iracundiam: ecce in pace amaritudo mea amarissima.** Amara prius in necessitate martirium. amara post in confidendo hereticorum. amarissima nunc in moribus domesticorum: quos nec fugare: nec fugere valeamus.

Quo vero la quo dolos patior in abscondito **homo** **meum viuis** **lynammis** **per simulationem.** quia videbatur ab alijs quasi bonus cum tamen esset malus **dixit me.**

Augustin ⁹ quia forte alii quando precessisti me: et salubre aliquid monuisti me **et notus meus.**

Hugo per fidem et professionem **vi simul** **conuersans** **meum dulces capiebant cibos** **eucaeristie et doctrine.** **In domo dei** **id est in ecclesia** **ambulauimus cum consensu** **corporalis conuersationis.** Tu inquam talis persecutus es meretricibus contentiosis: et prauis moribus. falsi enim fratres intrant sanctam ecclesiam qui cum simulate viuunt: quanto familiariores sunt tanto grauius electos premunt: quos tamen exemplo suo dominus sustinere docet: qui Judam suum commensalem et traditorem tolerauit et dissimulauit. Sed ipsi falsi fratres penas eternas non euadent. et qui tales sunt audiant mortis sententiam. qua dicitur **veniat** **id est veni** **et mors** **gehennae super illos.** quando eos damnatio eterna operiet. **et descendant** **id est descendent** **in infernum uiuentes.**

Calliodorus hoc uti quod fieri non potest ut et moriatur aliquis a uiuis descendat ad inferos: sed hoc magis spiritualiter accipiendum est.

Aug ⁹ **Quid est ergo uiuere** **scientis** quia perunt:

et tamen per ante terrena etiam de
uoracione cupiditatum absorbent.

Hugo dicitur autem cupidi-
tas seu cor cupidi in-
fernus. quia non potest impleri.

Vnde Proverbi. xxvij. scriptum
est. Infernus et perditio nunquam
impletur. **Gregori**us xvij.

Gregorius xvij. mora-
lium. Ad maioris igitur culpe cum-
lum hostes suos sancta ecclesia per-
hibet scire quod sequi debeant: et
sequi nolle quod sciunt. mortui in
infernum descenderent si mala ne-
sciendo perpetrarent. quia mortui
qui non sentiunt pro nescientibus
viviunt ergo qui sentiunt pro sci-
entibus poni solent. Cum ergo sci-
unt mala et tamen faciunt: ad im-
quitatis infernum ac voraginem vi-
uentes miseri descendunt.

Hugo Quare. **Quonia**m
nequicie sunt in habi-
tationibus. id est in secreto cordis. **Leo**
rum. et similiter. **In medio eorum.**
hoc est in **Jeronim**us. Et in
aperto. **Jeronim**us. Et in
re quae cogitatio nequicia pleni sunt.

Hugo Ecclesia enim vel vir-
tibus iustus inter tantas
tribulationes estuans subiungit:
dicens. **Go autem.** per me
metipsum et non sicut canonici qui
per vicarios cantant. **ad dominum**
clamavi. inter predictas tribula-
tiones constitutus. **Let dominus**
saluabit me. **La peccato et ab infer-**
no. Et propter hoc ne de ingrati-
tudine per sum argui. **Esperet et ma-**
ne et meridie. **Vesperet** id est in se-

nectute. mane id est in puericia.
meridie id est in iuuentute. quasi
dicat. **Omni tempore vite mee.** **nar-**
rabo et annuntiabo. diuina benefi-
cia mihi collata.

Nicolaus. **Vel** vespere et ma-
ne a meridie: vide-
licet tribus vicibus per diem nar-
rabo: id est orationes et laudes di-
cam domino. sicut de **Daniele** legi-
tur **Danielis.** vi. quod tribus parti-
bus in die adorabat deum contra
hierusa. **Hugo** **Let exaudi-**

lem. **Hugo** **et vespere** me
am. id est oratione meam de qua
subditur. **Redimet in pace ani-**
mam meam. **In pace** anima redi-
mitur quando de vitijs ad virtutes
sive de hoc mundo ad celestem pa-
triam per dei gratiam et misericor-
diam transfertur. **Christus** in pri-
mo aduentu redemit eam a culpa.
in secundo aduentu redimet eam
a pena. et sic secura erit. **Ab his**
videlicet falsis christiis et fratri-
bus. **Qui appropinquant mihi.**
corpore et non vita vel moribus.
Quoniam inter multos erant me-
cum. **Pauci** electi: multi vero vo-
cati sunt. **Inter multos** illos vo-
tos et non electos erant mecum
conuersantes corporaliter in eccle-
sia. **Translatio romana** habet: in
multis erant **Jeronimus**

Jeronimus
hoc est: in sacramentis comunica-
bant mecum a in fide fida: sed non
in paucis: hoc est in fide firma a ca-
rita. **Hugo** **Exaudiet de-**
te. **Hugo** **us.** **Ime** vide licet

in hoc q̄ Let humiliabit illos. scilicet
pueros christianos predictos
humiliatione abiectionis et con-
fusionis christi dominus qui e
deus eternus omnia potens. Ante
secula. quia in principio erat ver-
bum. Translatio hebraica habet:
qui est iudex ab initio. Demde ostē-
dit causam quare damnabuntur
cum subiungit. Non est enim il-
lis cōmutatio. de peccato ad peni-
tentiam: sed sunt incorrigibiles et
indurati in malis suis: et sic nō me-
rentur rem **Augusti**. quia
am. mutantur in melius: sed in peius.
nec cum hic sunt: nec in resurrectō-
ne. Omnes enim resurgemus: sed
non omnes imutabimur. Quare s
quia non est illis cōmutatio.

Nicola Let non timuerant
deum. sed magis
contempserunt: sicut dicitur de ob-
stinato Prover. 1. xviii. Impius
cum in profunduz malozū venerit
contem **Calliodo**. nam q̄
nit. timet de-
um a sua nequicia cōmutatur dū
iudicij pauore a amoris studio ele-
git dominicis iussionibus obedire
Leptendit manum suaz in retribu-
endo. Manuz hic virtutem a vni-
dictam signat: que tunc erit quan-
do illa discretio bonorum malozū
q̄ peruenerit in illo futuro iudicio
vbi pena retribuetur pro peccato.
Et quia **Contaminauerūt testa-**
mentum eius. hoc est quia māda-
ta domini prauis actibus pollue-
runt diuisi sunt. id est diuiden tur

in mali a bonis tanquam palee a feni-
ce segregantur a gramis: hoc fiet
Lab ira. hoc est a vindicta vultus
eius. quia domini vultus super fa-
cientes mala vt perdat de terra sci-
licet viuentium memoriam eozū.
Sed non sic diuidentur bona a deo.
Vnde abdit. Let appropinquauit.
ad bonos cor illius. id est volun-
tas dei. Cognitio autē; voluntatis
dei appropinquat ad hominem per
expositionē sacre scripture. Vnde
sequitur. **Colliti sunt sermōes**
eius per expo-
Augustin
sitionem. quia quedaz in scripturis videbā-
tur dura cum obscura essent: que
tamen exposita emollita sunt. Lu-
per ole **Nicola** quia sicut
um. oleum fo-
uet carnem: ita illa obscura exposita
fouent animam. q̄ ipsi sermo-
nes sunt iacula. quia percutiunt
cor audientium. Vnde apostolus
ad Hebr. x. viuis est sermo dei
et efficax: a penetrabilior omni
gladio ancipiti. Et si conturbaris
aliquo euentu **Acta super domi-**
num curam **Augustin**
tuam. Vnde **Augustin**
Proijce te in deuz. non est tam cru-
delis vt se subtrahat et te cadere
permittat. cōmitte te sibi cum fidu-
cia in omnibus causis tuisset ipse
te enutriet in doctrina intelligēda
in aduersis tolerandis te docendo:
te confortando: et vias tuas diri-
gendo. Let non dabit. id est non
pmittet dari. Lin eternū. v sp: lic;
ad horā pmittat fluctuationē. v

comotionem et conturbationem.
Luisto. Licet enim iustus in hoc
seculo ad tempus patiat fluctu
ationem temptationum et aduer
sitatum: tamen post hanc vitam
cessabunt fluctuationes maris: vi
delicet huius seculi: quoniam deus
portum quietis preparavit iustis
in eternum. **Quis** faciet tunc malis
Sequitur. **Quo** vero deus deducet
eos: et iniustos. **In puteum**
interitus lib est in infernum.

Cassiodorus De quo alio lo
co legitur. **Non**
aperiat super me putens os suuz.
Fouea obscura et mortalis: men
sura terribilis: ubi nec spacium vl
lum conceditur: nec ipsa inspirame
ta prestantur. sed obscuritas tene
brosa circumdans impios ameni
luminis tollit aspectum. **Ex** puti
siquidem similitudine gehenne tor
menta nos amonet formidare. **O**
pietas inaudita iudicantis. totuz
hominibz predicatur vt culpa ple
ribilis euitetur. **Tri** sanguinu
hoc non de iustis iudicibus intelli
gendum est qui discipline necessi
tate constricti innocenter humanu
fundunt sanguinem quo quietos
reddant populos maxime cum le
gamus iusta bella viris sanctis a
domino fuisse concessa. **Quapropter**
addidit. **Let** dolosi vt illum tantu
intelligeres homicidij reuz qui per
insidias et iniquissimum doluz ali
enum querit exitum et mortem.
Tales itaqz **non** dimidiabunt di
es suos. **quia** cum sibi longam vi
tam promittunt: exitum celerime

mortis inue
niunt. **Nicola** **Mois**
taliuz
comuniter acceleratur scdm dictu
saluatoris **Math.** xxvi. **Omnes** qui
acceperint gladiu: gladio peribut
Collector **Hoc** **Gregorius**
v. libro **Job** mo
raliter exponit: dicens. **Dies** dimi
diare est tempus vite male i volu
ptatibus dudum ad penitentie la
menta diuidere atqz hoc ad bonuz
vsum partiendo reparare. **Sed** im
qui dies suos nequaquaz dimidi
ant. quia peruersam mentem nec
in extremo tempore mutant. **Quo**
contra **Paulus** bene ammonet: di
cens. **Redimentes** tempus: quoni
am dies mali sunt. **Tempus** quip
pe redimimus quando ante adam
vitam quam lasciuendo perdidimus:
flendo reparamus.

Hugo **Vnde** apostolus ad
Roma. vi. ait. **Sicut**
exhibuistis membra vestra serui
re immundicie ad iniquitatem: ita
nunc exhibete membra seruite iu
sticie in sanctificationem. **Videns**
enim ecclesia aut vir iustus pessi
mum malorum finem: psalmu co
cludit: **Jeronimus** **Lego** au
dicens. **tem** spe
rabo in te domine. **Vt** pleni inueni
antur dies mei in operibus iusti
tie. **Glosa** **non** incipiunt
lij. **dies** bonos: s;
in suis malis continue perseuerat.
Alij dimidiant dies suos faciendo
bonum per residuum tempus vite
sue. **Alij** implent dies bonos. **Qui**
no incipiunt dies bonos: moriuntur.

in egipto. quia vsq; in fine vite in
tenebris vitiorum conuersantur.
Qui dimidiant dies suos moriuntur
in deserto. quia de confessione pec
cati exeuntes errata per penitenti
am emendant. Qui vero implent
dies suos perseuerando in opere iu
sticie vsq; in finem vite: terraz pro
missionis consequuntur.

Collector qui istum liberu;
collegit ex dictis
sanctorum dicit. Et quia hic psal
mus scdm Cassiodorum tercius est
eorum qui de passione et resurrecti
one domini Iesu latius sunt locuti:
mistic potest exponi etiam de chri
sto: qui scdm formaz seruiorat ad
deum patrem: dicens.

Hugo **A**udi deus pater
orationem
meam: quia oro a deo scdm q; homo
Let ne desperis deprecationem me
am: intende mihi et exaudi me.
Replicatio eorundem verboru; no
tat: instantiam orationis perfecte
a conscientia sanctitatis emisse.

Jeronimus Quia ratione
intellige o
homo. quia nisi pura conscientia
deprecat a deo: prouis non exau
diaris.

Hugo Causam sue oratio
nis subiungit: di
cens. **Contristatus sum** humana
infirmirate **exercitatio mea**
id est in passione **conturbatus**
sum a voce inimici videlicet iudci
malebentis mihi. **Let a tribula
tione peccatoris** scilicet eiusdem
populi persequentis me. **Uoc au**

tem non meo merito sustinui: sed
meo malo. **Quoniam** **dedim au
erunt in me iniquitates** id est im
posuerunt mihi mala: dicentes ipsi
contra me falsum testimonium. **Et
in ira** qua contra me repleti fue
runt **moesti erant mihi** **daman
tes**. **Crucifige: crucifige eum**. Et pro
pter hoc **cor meum conturbatum**
est **intra me** scdm hominem. **Let**
formido mortis occidit super me.
Vnde dixit **Tristis est anima mea**
vsq; ad mortem. **Vnde** **timor ani
me** **et tremor corporis** **venierunt**
super me. **Cassiodo** Exitus no
certissima proprietate describit. **Mor
tem enim prius timemus: deinde**
contremiscimus quia separatio ista
corporis animeq; sine conturbati
one maxima non potest euenire.
Let contemperunt id est circumde
runt **me tenebre** scilicet mortis.
quia frequenter illa conspiciamus
animo de quibus nos ventura so
let conturbare formido. **Vel conte
perunt** id est circumdecerunt me te
nebre id est perfidi tenebrofi iudci.

Hugo **Let** videns reuelio
nem eorum: **dixi** **quis
dabit mihi pennas** scilicet poten
tie scdm q; homo sum: nisi tu pater
volabo a iudcis infidelibus **Let
requiescam** in gentibus credenti
bus. **Et bene addit** **sicut colum
ba** quia sicut columba non mue
niens vbi pes eius requiesceret
rediit ad archam. **Sic christus**
non mueniens locum in iudcis per
fidis volauit per predicatione ap

stolorum ab gentes. **V**nde addit.
Ecce elongavi fugiens. In iudeis
resurgendo. Et mansi in solitudi-
ne. lib est gentilitate multa et ido-
cta. quia ydolis serviebat. a **Lepe-
trabam.** positus in agonia passi-
onis. **eu.** videlicet deum patrem.
Qui salvus me fecit a pusillanimi-
tate spiritus. ne in passione malis
crederem. a tempestate. seditio-
num quas iudei impetuose contra me mo-
uebant. precipita domine. super
hos iudeos. et divide linguas eo-
rum. quas super me acieunt. **Et**
hoc totum fecit iudeis per **Tytum**
et **Vespasianum.** quia dispersi sunt
in diversas nationes. **Causa;** sub-
iungit. quoniam vidi iniquita-
tem in corde eorum qui me oderunt.
et contradictionem in civitate.

Jeronim quia non crede-
bant in me: di-
centes. **Ponne hic est Joseph filius**
fabrica alia multa. die ac nocte.
id est assidue. **Hugo** circunda-
tue. **Hugo** bit eaz. vi-
delicet civitatem hierosalez. inuer-
saute qz ad oes eius habitato-
res: sed pcpue super muros ei.
id est super principes sacerdotum.
iniquitas qua me oderunt. et la-
bz. quo conati sunt me occidere
in medio eius et iniusticia. quia
non merueram mortem quam mi-
hi pro cura **Jeronimus.**

Taliter circumdata et repleta est
eorum civitas scilicet hierosolima
vt supra paruos et magnos redu-
daret iniquitas. **V**nde dixerunt. **S**a-

guis ei? sup nos a sup filios nos.

Hugo La non defecit de pla-
tris eius yfura et do-
lus. quia **Judas** retulit eis trigim-
ta argenteos: nihilominus tamen
tenuerunt **Jesus.** **Et** similiter dolus
fuit in oculo **Jude** traditoris. **Et** hec
nota facta sunt sicut illa que fiunt
in plateis. **Sequitur** querimonia
de **Juda** traditore a quo intolerabi-
lius se assertit dolus traditoris pa-
tri qz ab extraneo dicens. Quonia
si inimicus meus maledixisset mi-
hi sustinuissem vti qz. quasi dicat
magis tolerabile esset. La his. vi-
delicet iudeus. qui oderat me super
me magna locutus fuisset: abscon-
dissim me forsitan ab eo.

Jeronim **Legimus** in eu-
gelij qz christus
abscondit se a iudeis: a **Juda** autem
se non abscondit: sed eum etiam co-
muniuio sancto asciuit id est adiunxit.
sicut sequitur. tu vero homo vna-
nimis. quia cum alijs apostolis
mihi conuictus eras. dux meus.
ad predicandum cum ceteris missus
ducem bene dicimus iueneris pre-
curso. **Cassiodorus** et no-
rus. qz te psciui pditore: qui letia
simul mecum dulces capiebas ci-
tos. concedendo mecum ex parabi-
de in domo dei. id est in templo.

Jeronim Lambulaum
cum consensu.
Sepe enim cum ipso domino in tem-
plo **Salomonis** cum predicationis
consensu **Cassiodorus** **Et**
abijt. **Cassiodorus** **Et**
vt

nobis absoluta verborum posse sta
re contextio isti a superiori verbi tun
gendū est Cue me tradebas. Grā
bis sit enīz culpa cui beneficia repu
tantur eximia. Post q̄ de Juda lo
cutus est: consequenter per senten
tiam cōmunis pene cōuertitur ad
iudeos: vi **Hugo** Ueniat
caus. **Hugo** mors sup
illos Id est captiuitas que facta
est per Tytum et Vespasianum.
Let descendant in infernum Id est
in acerbam penam ipsius captiui
tatis viuentes quod factum est
de iudeis. Judas etiam ab litteram
mortuus est a descendit viuens ad
infernum. quia desperans se suspen
dit. Et hoc meruerunt. Quoniam
nequie sit tabernaculis eorum Id est
in domibus vbi cōuenticula et
consilia facientes: querebant quo
modo Jesum tenerent a occiderēt.
Et postea in medio eorum Id est
in aperto: quando consilia sua alijs
aperuerunt. Cum vero premissa
mihī fecerant Judas et iudei. Legō
autem ad deum clamaui Unde
Math. xxvij. dicitur. Jesus voce
magna clamauit: dicens. Dei he
ly ac. Let dominus saluabit me.
resuscitans me a mortuis. Vespe
re et mane a meridie narrato a an
nunciabo: et exaudiet vocem me
am. Sic coniungitur littera.

Cassiodorus Narrato ve
sperē predi
cando in cena trahitionem meam.
Et annūciabo ad mane responden
do quādo dicente Pilato. tu es rex
iudeorum. tunc annūciavit: dicit

In hoc natus suz: et cetera que ibi
dicuntur. Hoc autēz quod sequit̄
et exaudiuīt vocem meam: ad me
ridiem pertinet: quādo dixit in ceu
ce. Confirmatuz est. Quia sicut pre
dixerat ita factum est. Mira bre
uitas. In hoc vno versiculo taz ma
gnus actus ille narratus est vt q̄
in illa latitudine cognoscitur expo
situz: in hac breuitate probaretur
esse colle **Hugo** Et vere ex
audum. **Hugo** audiet vo
cem meam. Let redimet in pace ani
mam meam Beneficio resurrectionis
Ab his hoc est a iudeis. Qui
appropinquant mihī vt me capi
ant in sermone. a hoc faciebant in
dolo quoniam inter multos qui
me sequebantur Letant mecum.
insidiantes mihī Let exaudiet deus
pater me liberando. Let humiliat
illos tollens eorum locum et
gentem per romanos. Qui deus
pater Let ante secula id est ab e
terno. Quare hoc. Non enim est il
lis cōmutatio vt saluet cōmutet
sermonem nequaz quem firmaue
runt sibi de me occidendo: nec post
factum mutabant voluntatem suā
prauaz penitendo. quia post resur
rectionē christi etiam persecuti sūt
nomen christi confidentes. Causā
subiungit. Let non timuerunt de
um. Et propter hoc Let extendit ma
num suam ad percutiendum eos.
Let retribuendo penaz pro culpa
cōtaminauerunt testamentū ei.
Jeronymus quia non in
dominam Jesum sanctorum p̄p̄e

iminebat vt contra vaticinia pro
phetarum huius tituli emēdaretur
in scriptio: nolens suum regem di
ci quem isanias mētibus respuebat
Hugo altera ps. predicti ti
tuli videlicet: cui tenerēt
eius allophili in geth sumpta ē de
4. regum. xxi. vbi dicitur qd dauid
fugies saulis persecutione. venit
ad achis regem geth: sed non est
receptus. **Cassi.** Nec omnia misce
tus. sūt exponēda Geth
signat torcular & pressuram quā
omnis fidelis patitur xpianus: si tūc
fructum reddit vberimū cum tri
bulationū fuerit mole depressus.
Et ideo in tituli inscriptione loqui
ratiōabiliter aptatur ecclesia in per
sona cuiuslibet fidelis tribulati q
allophilorum & alienigenarū persecu
toribus ingrauari tanq̄m nectareos
liquores merita sanctorum copiosa
vberitate. **Hugo** Vñ sensus
fundit tituli talis ē.
ps. iste tendēs in finē vñ xp̄m qui
est finis & cōsumatio ad quē tendi
mus. ps. dico scriptus pro populo
& contra pplm. s. iudeorum & persecu
torum: qui populus longe factus est
a sanctis: nō loco sed mente. et hō
in tituli inscriptōe. quia cui sancti cō
fiteantur xp̄m regem iudeorum. sicut
Colle. Nihil ei tam in quietat aiām. nihil ē qd̄ ita imobile et instabile faciat q̄ facile totū credere a obtrektorū v̄ba te merario mētis assensu sequi. Dic enī crebre dissensionēs. hinc obia multa nascuntur. q̄ a dilēssimos amicos etiam lingua maligna facit discordes. At v̄tra magna q̄es animi est magna morū grauitas nō tēme de quo q̄ simistū velle recipere vel **nico** Et q̄ iust? nō solū audire **nico** spernit p̄tā opis a oris: s̄ etiā apparētā p̄tōrū in alijs signis. **Iō** subdit. super bo oculo. v̄t ai homine q̄ ē supbus corde. Et dicit oculo. q̄a dispositio

cordis maxime apparet in oculo. a insatiabili corde. qualis ē auarus q̄ non faciatur pecunia. ecclē. v. cū h° viz hoīel nō edebā. Tales ei n̄ debēt esse p̄ncipes v̄l p̄lati omēsales. Vñ. ecclē. ix. Viri iusti sint tibi cōiūue. Et in alio psal. dicit. In nocētes a recti adheferūt mibi. Se q̄tur qualiter p̄nceps aut p̄latus se debet hēre ad bonos dicēs. **O** Culi mei ad fideles terre. **Cast** Illos oculos cordis q̄s auertebat a pessimis: nūc p̄fite se sociare. **Iero** Non dixit. oculi cū scīs. **Iero** mei ad diuites terre. a impatores. aut ep̄os. aut presbitros: sed ad fideles **nico** v̄t sedāt meū. s. i p̄silijs iudicij a mēsis. Et q̄ nō solū decet p̄ncipē a p̄latū habē fideles cōsiliarios. s̄ etiā bonos ac religiosos ministros. **Iō** subdit. **Ab** ulās i via immaculata. p̄ vie sanctitate a honestate. hie mibi ministabat. s. i domo mea seueiebat **Cast** Et quis hoc nō a lapcis videat exceptū. tū specia hie p̄latis p̄bat ipositū. vt tales ministros habeat: q̄ diuinis regulis nō ipu. **nico** Consequēt adhuc habere ad malos dicēs. **Q**uoniam habitabit in medio domus mee. s. i mē ministros meos. **q̄** fac supbiā. **I**alios despiciēdo v̄l calcādō. **q̄** loq̄t inq̄. **I**alios detrakēdo p̄uis colloq̄is. **n̄** direxit. **I** nō p̄ficiet. **I** i sp̄tū oculo tū meorū. v̄t **Cast** a aliq̄ p̄speritalib? crederē. **Cast**. tate meliorē tur. **H**ugo Ecōtra de malo p̄n

cipe dicitur puerb. xxx. Princeps q̄
silenter audit vba mēdaciū: mini
stros habet. **Nico** Et q̄ aliq̄ s̄b
impios.

ita mali q̄ non solū sunt a p̄ncipi
bus bonis expellēdi: s̄ etiā vita pri
uandi vt iusticia seruet. et alij t̄re
ant̄. **Iero** subdit. **In matutino**.
Vt celerit sine expectacōe ne subue
niet impedimentū. **Infficiebā**.
materiali gladio q̄ntū ad p̄ncipes
t̄re. a spūali q̄ntū ad platos. **Lom**
nes p̄dōres t̄re. Ierigentibus cul
pis suis. **Vt disp̄derem de ciuitate**
dm̄. Vt de ciuitate bonorum ne p̄ ma
los ificiant. **Loms op̄ates iniquita**
tē. Ex p̄dōis em̄ colligit q̄ q̄libz
p̄nceps a platos se habeat se dm̄
formaz h̄ a d̄s traditā. viz deuote
erga deū: mūde a honeste ad seip
sū: et iuste ad p̄p̄m sibi subiectū.

Col. hoc etiā sciendū. q̄ p̄d̄cā
p̄t̄z in glosa. hunc t̄m vltimū versi
culum ex **Cassio**. De viro in
pont.

Cassio. Sto. q̄ post
vitatos malos asserit demonum
suggestōnes se de corde suo expu
lisse dices. **In matutino infficiebā**
om̄s p̄dōres

Glo. Iero q̄ d̄i
cat. Nō tm̄ malos hoies vitauit s̄
etiā vicia dedimū. q̄ i matutino
v̄m initio suggestiōnis. q̄n q̄i cre
puscula tēptationū incipiūt appa
re. infficiebā orōe oēs p̄dōres
t̄re. demōes q̄ vniūsa carnē p̄uis
immissiōibz deducūt ad reatum

Cal. Vn̄ infficunt q̄n nob̄ cō
punctio lacrimaz diuinū

roris infusione vt d̄ma miseracōe
cōferet. Neq̄ em̄ eā lacrimaz opū
tionē q̄n volū offerre p̄ualem.
s̄ tunc ipendit q̄n ip̄s largitate p̄
stat. **Vt disp̄derem de ciuitate dm̄**
om̄s op̄antes iniquitate. Ciuitatez
dm̄ aiām piā p̄tes dixerūt eē de q̄
dyabolus disp̄ditur: q̄n a sua intē
cōe remouet. **O crudel o tyrānice**
volūtatis dyaboli iniquitas. Nō suf
ficiet ei q̄ hoies mori se cit. s̄ adhuc
ne p̄ p̄maz t̄cupati possint viuere
et saluari. vehement̄ insistit. **Sed**
tu d̄ne q̄ vides ipudicissimū hostē
p̄rauidā defensionēz. ne ille ad
vltū suū puemat. q̄ te nob̄ offen
sum v̄ iratū facere insaciabili calli
ditate festinat. **Cognouim̄ q̄tis**
iste fuerit sanctissim̄ vir. q̄ miām
et iudiciū dm̄ pura mēte cātavit.
quemadmodum malos absolute
vitauit. b̄oīs at̄ fuerit gratissima
societate cōiunctus. cōcipiscētiā
cordis sui saluberrima delibacōne
subiecit. vt merito p̄fectionem
tenuisse videatur quam centenari
us numerus. cuius iste p̄s ē fiḡre
ph̄ite. **Col.** Prestet nob̄ d̄ma
tur. **Col.** miā grām ac forti
tudinem interficiendi in nobis p̄
uos victoz motus. et d̄m̄cis per
oia obedire m̄adatis: vt n̄ cū p̄dō
ribus a ciuitate dm̄ i illo extemo
iudicio disp̄damur. s̄ mortificati
in nob̄ i. ihs et p̄dōz remissione
adepta cū sanctis el̄is i tabernacu
la eterne felicitatis recipi merea
mur. **Per christum dominum no**
strum: cui est honor a gloria in se
cula seculorum. Amen

Dicimus. **Ci**
Domine exau
di orationem Titulus
Cassiodo. Oratio

pauperis cum anxius fuerit et coram domino effuderit precem suam. Quis aliqui presertim psalmum domino saluatore putauerunt esse aptum dum

Mico pro eo quod apostolus ad hebreos. i. allegat litteram huius psalmi. viz. vnicuique Inicio tu domine terra fundat. etc. vsque ibi Et animi tui non deficient. per hanc litteram probans equalitatem filii ad patrem in potentia et duratione.

Cass. Conueniens tamen videtur pauperis sicut et ipse titulus continet introducere in hac relatione personam. quia multa sunt que christi imaculato nequeant conuenire. primo quod anxius nullus fuisse legitur dominus christus. Anxius est enim qui in graui discrimine constituitur nulla preterquam sequi debeat nouit eligere. Deinde quod infra dicitur. oblitus sum comedere panem meum. et illud quod cinerem tanquam panem manducaui. Ad terram enim non legitur christus fuisse in hac egestate. Et nota quod dum ubique in titulo nomina sunt posita: hic pauper sine nomine introducit ad loquendum. scilicet ut cum vnicuique attribuitur. omnes christi pauperes cognoscerent hoc sibi attributum. Omnino preterea credendum est hunc psalmum esse exemplum ex his qui intitulatur ab oratione quibus penitentium quintus esse videatur

Hugo hanc autem dicitur esse quibus penitentibus precipue loquitur de illa parte penitentibus cuius efficacia dicitur oratione. **Colle.** cuius efficacia dicitur oratione. si scire volueris: hanc sibi titulo psalmi. lxxxix. inuenies luculenter depictam. **Predicti** vero tituli talis est sensus **Hugo**. **Iste** psalmus est oratio pauperis et anime paupertate spirituali gementis cum anxius fuerit in miseris vite presentis. et effuderit coram domino pro se sua. **Cass.** Cum dicit coram domino esse suam. **Cass.** tale oratione. vltimeligi quod de sacculi anime ante pedes regios qui auri metalli copia de coelo fundat. vix ei repies sicut quod dicitur ut orationi cuius non aliquid maneat aliene cogitationis iurra obstatu et iustitiam quod dei mens dirigat dedit ac frangata id est etiam magnam atque saluberrimum est oratione ceptum iugiter imminet et cum adiutorio dei obstatu viuaciter suggestio inimici. quoniam hanc spiritus ab deo mens stabili iustitiam condit **Vides** itaque propheta ante aduentum domini humanos indefinenter crescere errores personam pauperis ouementem assumpsit. quod calamitates mundi presentie humilitate defleret. ut cito illi misericordis subueiret que tot mala adunato fasce depremebat: dicit ergo

One exaudi orationem meam. **Mico.** Proce ex corde: quod oratione secundum deum male nunc est ascensus mentis in deum. **Let clamor meus** procedens ex ore ad te veniat. et acceptus sit coram te **Cass.** Hunc autem modum sancte oratione mis seruandum deuotissimi christi ante intelligat ut ibi ipsum cogit

quod orat. ipsum respiciat mente
cui supplicat: omnes superfluas.
cogitationes excludat. aliud non
admittat extraneum. ne ut ait quidam
purissimi fontibus apros immittite
revideat in puidus. Hinc etiam san-
cti ambrosij in apostolus hore sexte ro-
scus p̄nus ille redoluit. Ait ei Ora-
to mente dñm orato simul spiritu
ne vox sola xp̄o canat. S̄esus q̄ n̄
alibi ductus aberret fluctuās va-
nis preventis casibus. Tūc em̄ ac-
cepta est deo orō canentiū si pura
mens id gerat q̄ explicat. Sequi-
tur vox de pre

Rico **R**on-
cantis. **au**tas fa-
ciem tuā a me. **viz** p̄mittēte p̄ pec-
catorū meorū enormitate repellēdo
orōem meā. loquit̄ de deo ad mo-
dum hōis q̄ auertit faciem ab eo
que; nō vult exaudire addit̄ in q̄
cūq; die tribulor. **s.** simole pecca-
torū aut seculi aduersitate p̄mor-
tidā ad me. **p**recante p̄ auxilio
laurem tuā. **v** demeritā tuā exau-
diendo p̄tationem meam.

Cassi Cum em̄ in totos audi-
at. totos videat. solos
illos aspicere a audire dī. quorū
preces benign⁹ exaudit. **q̄** cū
q̄ die iuo caueo te: **v** lociter exau-
di me. **q**uantū se i humilitate pe-
nitens iste p̄na mēte p̄strauerat.
tū in ipsa supplicatōne crescebat.
Nā cū p̄mo dixisset. **m**clina ad me
aurem tuā. **q̄** ostendit̄ p̄t̄ vt ce-
letius valeat audiri. **q**ui vero velo-
citate postulat. de impetratōne se-
curus est subiūgit cām **Rico**

sue deprecationis dicens **Rico**

Quia defecerūt sicut fumus dies
mei in vanis ac tenebrosis actibus
consumpti. **q̄** maxie ad su-
pti. **Cassi** p̄biā mūdi resp̄i-
cit: q̄ q̄nto plus extollit tanto am-
plius eua

Hugo **V**el iur-
nescat. **ta** lraz al-
legat hic breuitate vite sue vñ Ja-
cobi. **q**uid ē vita hōis. **v** vapor
ab modicum parens **Sequitur.**

Rico **L**et ossa mea sicut cremi-
um aruerūt. **C**rymū dī
a cremo as. et ē caro frixa q̄ arsa
que remanet in patello p̄nguedi-
ne extra

Hugo **P**er ossa q̄
ata. **f**ustētāt car-
nem nē defluat: intelligunt̄ vires
aie quibus ipsa sustētāt. **H**as pe-
nitens deplorat p̄ estū temptatō-
num arefactas. nō h̄ntes deuotio-
nis p̄nguedinez. **T**ūl acio rōna
h̄z. ossa mea q̄ frixa otabuerūt.

Cassi **H**ic em̄ frigitur p̄dōr.
qm̄ futuros ignes mē-
dium q̄ igl̄ne formidat. **N**az q̄ se
pauelat arsurū: ip̄sus mēdij te-
rore iā frigit a arelat. **E**tyt iste pe-
nitēs cito remediū impetraret venit̄
ad miseriaz suaz flebilem narra-
tōem. cum subdit dicens.

Rico **P**ercussus sū sicut fe-
nū. **q̄** sicut fenū arefcit
tpe ardoris: sic ego se tuore tēpta-
tionis deficio. **l**et aruit cor meū.
defectu deuotōis. **q̄** oblitus sum
comedere panē meū. **v** studiu; sa-
cre scrip

Cass **H**inc em̄ exp̄mi-
ture. **tur** natūā peccā-
tium: q̄ dū delictū appetit. **o**stēpla-
tio dñi nō h̄ atet **Sequitur.**

Lilij.

gemitus mei: adhaesit os meum carni
mee. **Iero.** ^{v. pre nimio dolore} cordis mei quez pa
tior p delictis meis ita exicavi me
metipsum vt sine carne essem. et pel
les mee adhererent ossibus meis.
carnem p **col** enumeratis mise
pelle dixit. **col** rix suis idem pen
tens p adit nob tria gna penitentiu
qbus pcca delent a vita mereatur
etna. vñ dicit **Silis factus** sic pellica
no solitudinis. **Cassi.** Pellica
nus avis egiptia e q nascit in soli
tudine mli flumis. cy conis corpo
ris granditate cofilis. q naturali
macie sp affecta est. a sic phisio
gi dicunt. tenso intestino p visera
qeqd escay accepit. sine aliq deco
dione trismittit. a paruisimo cibo
ru furo reficitur. q no gregatim vt
cetera aues volat. sed se delectatione
solitaria cosolatur. Eoz vnu gen⁹
di esse qd in desertis locis vsatur.
Per hoc g auuz genus pulcrime
figntur hemite. q hoim ofortio de
relicto timore dñi remota afflictioe
discruciantur. **Pot etia** hec ee vox
xpi dicentis. silis factus sic pellicano.
Au Pellican⁹ di rostro pullos
q occidit a tribuo lugē. tandē
q sangne rostro sup eos fundē vñ
illi reuiuiscat. **Sic xps** occidit mor
tem in pccorib⁹ vt eos sangne suo
uiuificaret: pussit saulu vt viuifi
caret paulu. **Sequitur.** **Ad⁹ si sic**
noctitorax i **call** Aliud gen⁹ pe
domicilio. **call** nitentiu intro
ducitur. **Noctitorax** di noctis cor
uus que speat in asie ptib⁹ mue
nre posse testantur. que qdam bu

tonem. qd am noctua esse dixerunt
q tunc magis vigilare a quere escas
incipit. qu se in sopore aiantia cun
cta opponit. **Ita a penitens** iste no
cturno tpe **Hu** videlicet in medio
h⁹ seculi **Hu** nationis prave
hitans. escas aie vire etne **Cal**
fios. sollicita curiositate pcurit.
mo psalmodie opera dādo. modo
elias faciendo. mo carceres occulte
visitando. soli deū vult hie testē:
cui caligo noctiu no tollit aspectū
Et no q sic pellican⁹ designauit se
remita atq solitariū. **Ita nocti**
corax illu declarat q se domicilio suo
retinet. a publica visione remot⁹
est. **Sequitur tertiu gen⁹ penitentiu**
cū dicitur. **Vigilauit: a factus** sic hinc
passer solitari⁹ in feno. **Passer** e
avis parua h nimia sagacitate so
licita q nec facile laqueis irretitur
nec p mgluuiem vetris escaru am
bitione recipitur. **Hec pp** infirmi
tate sua ne a ipsa a pdatore capia
tur. a fetus ei⁹ serpentinis deuorene
insidns. in sumitate domoz misifi
cat vt a pericul reddatur aliena.
Dic meito oparat illi. q diaboli m
fidias formidans. spaliter ad ecce
seu mosterij septa ofugit vbi ope
ra sua soliate custodit. **Et hunc di**
xit solitariū vel vnicū pp caritate;
q ex multis vnu facit. **Ecce qelega**
ter tria gna penitentiu p sit itubi
nes p dicitur auuz in se declarauit.
vt q mudi cmina lugebat. p oim
satisfactionū modis discurrē vide
retur. **Consequent** allegatur racō
exauditionis ex vblis iniuriosis a
improperiosis que amatores hu

ius seculi penitentibus inferunt. vñ
subditur. **G**ota die exprobrabant
mihi. **H**uic apte vocantes me pro
hi. **H**uic tam a papellardū. **L**im
inimici mei. **L**amici mundi. q̄a iniquis
odio habui. Et nō solū apti inimici
exprobrabant sed amici falsi de
trahūe bonis viris. vñ de subdit. **L** q̄
laudabāt me. **L** dū essem cum eis ad
huc in vita seculari vel qui laudāt
me in apto. **L** adue r̄fū me iurabāt
destrahendo in absentia mea. **I**tem
enī mali deridēt bonos. q̄ opa eorū
dissimilia vident. **V**nde subdit. **L** q̄
cinerem tanq̄ panē manducabaz
L viles cibos: n̄ delicatos ac p̄ h̄
vita mea erat ipsis contraria. vñ sa
pientie. n̄. dicit mali de bono. **Q**uo
niam inutilis est nob̄ a contrariis
opibus n̄ris. grauis est ec̄ nobis
advi. **G**lo. **V**el ita. exprobra
bāt m̄ inimici mei
sed non curabam. q̄ cinerem tan
q̄ panem manducabam. vñ in ip̄a
reiectione vel derisione malorum re
ficebar gaudens in tribulatione
L a paulum meum. **L** v̄ delectationē
seu iocunditatem temporales: si q̄n
do habebam. **L** cum fletu miscebā.
Hug. **S**ciens quoniam dolore ri
sus miscebitur: a extrema
gaudij luctus occupat. **D**ic autē
fletus fit precipue timore diuini iu
dicii. **V**nde subditur. **L** a facie ire
indignati. **I**tem. **L** hęc omnia sus
onis tue. **I**tem. **L** timebam propter
futurū iudiciū: i quo facies tua ap
parebit peccatoribus irata. a indig
nationis plena. ne grauiorē incur
rerem in purgatorio vel in inferno

propter peccata mea penam. **N**ec
mirum si pertimesco futurum iudi
cium. **H**uic. **L** quia eleuans me su
per omnes creaturas
terrenas per rationem qua me ab
imaginem tuam creasti. **L** allisti
me. **L** id est deorsum me proiecisti q̄n
corporis pondus quo anima deprimi
tur mihi tribuisti. **V**el. eleuans
me temporalibus. allisti me i sp̄
ritualibus a eternis bonis que pp̄ te
per alia timeo. **G**rego. **Q**uia
amittere
nuus successus temporalium: eter
ne reprobationis est iudiciū: san
cti enī viri in prosperitatibus plus
in aduersitatibus pertimescunt sup
se iudiciū dei occultum. quo nunc
hos a se repellit nūc illos ad se tra
hit. **D**es sua gratia accendit et̄na
quere re: illos pro voluptatibus su
is deserit exteriora cogitare. **D**ocū
mentem ad superna erigit. illorum
superbia: in infimis mergit de se.
r̄ijs. **Q**uis ei hominē estimare potu
isset. **J**udam viuēdi sorte etiā p̄ mi
nistriū aplatus amittē. hūc ele
uans allisit: qm̄ dū lucy t̄renū con
cupiuit ab aplatu cadere meruit.
Dugo. **H**ęc est dam nosa cōmu
tatio pro temporalibus videlicet
perdere eterna. q̄a hęc in eternum
habent. illa. sc̄ temporalia cūcta stati
transeūt. vñ subdit. **D**ies mei sicut
umbra declinauerūt a ego sicut fe
nū arui. **L** q̄ que admodum fenū: hō
die virescat a cras siccat. **I**ta hō
trāsit de leticia i hoc seculo i esticia
de sanitate in infirmitate. a sic decli
nans arescit in mortem. **V**ñ ysa.

baptismi regenerationem p quaz
constituitur in esse gratie que cre
atur in **hugo** Vel qui creabi
anima tur per peniten
tiam & de nichilo aliquid efficitur.
quia peccator et peccati nihil fuit
Vnde **zech. xxxviii.** Nihil factus
est. Et abbit laudabit dñm. Cau
sam subiungit. **Quia prosperit**
et proual as perit ocul misericordie
peccatores longe a se positos. **Iuē**
illud puer b. xv. Longe est dñs ab
impijs. Et psal. Longe a peccatori
bus salus. **De excelso sancto suo**
vnde celo. vii. **Cass** **domin⁹ de ce**
de subditur **Cass** lo in terram
asperit. v ad nostri corporis fragi
litate m q mundi vicjs tenebatur
obnoxia **Causam h⁹ respectus sub**
inngit. **Et** audiret gemi
dicens. **Quis** compeditorū. id
est penitentiu qui erant prius cō
pedita ligati vnculis peccatoru.
vt solueret filios. v imitatores. **Inter**
emptorum. id ē peccatorum.
Cass Qui diabolica fraude per
empti sūt gladio peccati
vt videlicet ipsos libearet a patre
nis erro. **Vel** vt solueret
ribus **nico**. filios interempto
rum v opera meritoria. q per peccā
erant mortificata a reuiuiscūt gra
tia recuperata. **Ad** quid ipsos sol
ueret. v sequent r declarat dicens.
Et annuncient in syon nomen do
mini. **beneficia eius p̄dicādo a lau**
dando. **et laudē eius in iherlꝫ.** v in
ecclesia que nomine syon a iherlꝫ
designatur. **fm q̄ dicit** **Ap̄lus** ad
lxv. **Accessistis ad syon montē**

a ciuitatem dei viuētis. i. e. in cele
stem. in qua annuncient fideles
nomen domini. eius fide libere cōfi
tendo a predicando: a laudes dei de
bitas exolendo. **Hoc** etiam nō in
congrue de primo aduētū domini
potest exponi. qm aspiciēs domin⁹
de excelso visitauit nos oriens ex al
to in sua incarnatione. vt opeditos
a dyabolo solueret a vnculis igno
rantie a infidelitates. qui noue lau
dis canticum dño in sancta ecclesia
personarent. **Hoc** cōt fit. **En** cōue
niendo populos. **v** vt conueniens
populus. **in vnum.** videlicet in vni
tate fidei qui dis. persus erat per diu
sas mundi partes. **Et** non solum
vulgares venerunt ad vnitatem in fi
dei: s̄ etiā principes. vnde sub dicitur
et reges vt dicit ppli a ipsi reges
seruiāt dño. **hug** **Et** iste ppl⁹
receptorū **hug** fidelis. **Re**
spondet ei. **s. xp̄o** **in via v̄tutis sue.**
obediendo eius volūtatī **Cass.**
Non lingua: s̄ vita. non vxo ce sed fi
de. nō clamore sed corde. **P̄** ille cri
sto r̄ndere cognoscitur q̄ imperijs
eius obediens esse monstrat. **Qui**
q̄dem ppl⁹ fidelis vt cito ad b̄tū
dñe s̄as p̄missaz possit puenire. cō
sequēt s̄bit d. **Paucitatez dieꝝ**
meoꝝ nūcia m̄. **P̄** em̄ amore p̄u
tis vite desiderat scire finē: sed vt in
ipsis cōfessionib⁹ dñi p̄leuerās ad
requiē illā celestis regni velocit̄ p
ueniret. **Paucitatez dieꝝ.** dixit. q̄a
quandoz finēdos esse ostabat.
Q̄s em̄ finiendum est. longum di
cere nō debemus. **ne reuoces me in**
dimidio dieꝝ meoꝝ. **Hoc** est in

uentute in q̄ lubrica & lasciuia vel
luxuriosa plerūq̄ volūtas appetit
& etatis feruore crimja pl̄ amant.

Collect. Penitens ergo orat
talis etatis: s̄ ab maturitatez vit
pueniens valeat cōsequi domini
eternitatem de qua subditur.

Rico. Li generatōe a genera
tionē anni tui. & dura
tio tua domine est eterna.

Cal. In q̄ sc̄i ppetua trā iocun
ditate gaudebunt: q̄n sic
dic̄ apl̄s: d̄ erit oīa in omnibus.

Rico. Istā aut̄ d̄m̄ eternitātē cō
sequēter exponit: dicens
Gen. i. d̄. In p̄ncipio t̄p̄s tu do
mine terrā fūdasti. q̄n centrū mū
di. La opa manuū tuaz sunt celi.
sic Gen. i. d̄. In p̄ncipio creauit de
us celūz & terram. Et per ista duo
intelligūtur omnes alie creature.

Cal. S̄ quare cū verbo facta
sūt omnia opa manu ce
los dixit eē opatoz vel fūdatoz.
Sed hic manū virtutē inflōis dele
mus accipe: sic in alio ps̄. dicitur.
Ipse mandauit & creata sunt.

Rico. Consequēter describit vite
p̄ntis cessatio q̄ erit in
generali resurrectōe: dicens
Ps̄. p̄ibūt. Circa q̄d sciendū q̄ mot⁹
celi ordinat̄ ad op̄letōnez numeri
electoz. & id̄ ipso habito id̄z mo
tus cessabit: sic d̄. Ap̄c. x. Iurauit
p̄ viuentez in secula. q̄ tēpus am
pli⁹ nō erit. Et hoc est q̄d d̄ic̄. Ipi
videlz terra & celi p̄ibūt: tu autēz
p̄manes. Sic em̄z eternitas sequit̄
omnez stabilitatē & imutabilitatē

ita tēpus sequit̄ motū & mutatoez
Sohis aut̄ de⁹ est om̄io imutabil̄.

Celi vero superiores sunt mutabiles
q̄ntū ad sitū. Inferiores aut̄ vt aer
q̄ntū ad alteratōem. modo in om̄i
mutatione est aliq̄ dep̄ditio. q̄ ces
sat aliq̄d esse q̄d pri⁹ eāt. Et sic in
fine mūdi celi p̄ibūt. non q̄ntum
ad subaz: s̄ q̄ntū ad aliquā dispōez
q̄ cessabūt celestia a motu locali
et elementaria a mutua adioe & al
teratōe substātis eoz remanenti
bus. Iteo s̄ d̄ic̄. La oēs sicut vesti
mentū veterascēt. La statū in q̄ mō
sūt. Et intēde q̄ hic opinioez pho
rum mirabili breuitate deesturpit.

Quaz p̄ma est: mundū a nullo el
se creatū. Secūda sine fine māfuz.
S̄ cū d̄. Initio tu b̄ne terram fūda
sti: & opa manuū tuaz sūt celi: pri
ma p̄uasio ne p̄hāda cōuic̄. q̄m
creator aū creaturas suas sine ali
quo cognoscit̄ initio extitisse. Cūz
vero subseq̄nter d̄. Ipsi peribunt:
finem eos habere declarauit cōtra
dictoz phoz opinioez secūda:
vt nullus i stellis gentili errore cō
fideret: cum eas mutandas esse se
tiret. Sequitur. Et sicut op̄to
rium. Sforitan celos op̄to riu:
detemus aduertere: qui ad modū
velamis fr̄as op̄iūt. mutab̄ eos.

Nicolaus Sicut enim ad
nemēte estate
vestis hyemalis mutatur. q̄ non
est amplius necessaria: remanēte
tū eius substātia: sic corpora cele
stia et elementaria mutabūtur.
a statu in q̄ nūc sunt: q̄ nō erit am
plius necessari⁹ completo numero

eli dicitur tu autem ipse es scilicet oino
immutabilis et amicum non deficiet
No est p hoc intelligendu qd i eterna
te q est mensura duracionis diuine sit
aliq successio: s qd ea apprehendere
no possum. nec p conseques expr
mere nisi p copacione; ad temp?

Cal Prudentissime nimis atq
vtilis orone opleta pau
pille scilicet de pccoz suoz emis
sione a de spe resurrectionis futue ex
ultas. vix ad terminu psal. vbi oia
sb breuitate adducit se cu elcis ei?
habitaturu ee gaudet. dicens

Et in suoz tuoz imitatores
aploz Nicola qd genuit p
verbu euangelij. sicut dicit aplos
chor. In xpo ihu p verbu euangelij
egozs genui Et isti sunt vere cri
stiani q habitabunt scilicet eternaliter

Hu. Jo. xij. vbi ego sum: illic
a minister

Cal La semine eoz v
meus erit Lopa fidelium q i
hoc mundo seruantur L in seculis
dirigitur. vnde hic in gra: a in
futuro in gloria ad accipiendum
premium in

Cal. vbi scadi auz
vita eterna **Cal.** dno saluato
re recta atq stabili voluntate gau
debunt. Quam feliciter anxius iste
peccata defleuit: qui vsq ad etne
beatitudinis gaudia se discrucian
do a puenit

coll Prestat nob
do puenit **coll** profecto ma
gnam indulgentie peccatoz; no
strorum optinere fiducia penites
iste. qui per cordis gemitu puenit
ad eterne iocunditatis premiu. Reg
num em celorum vult rapi fletib?

nostris: quos meritis non debetur
Vnde scriptum est. Regnu celoru
vim patitur: a violenti rapiunt il
lub. Et iterum. Penitentiam agere
appropinquabit enim regnu celoꝝ
Hereditate; ergo celestium quam
amissim? p culpam; rapiamus per
penitentiam Bemignus saluator
noster suum sine pietatis nobis
aperit: nosq recipere ad se per pen
tentiam queit. Accedamus igitur
ad eum: nec ab illo quicq de prese
tis vite prosperitatibus appetam?
sed indulgentia peccatoꝝum pre
cemur: cogitem? mala que fecim?
a nos metipso lametis deuotis
atteram? vt p talem penitentie fru
ctum totimeta que nostris exigenti
bus culpis meruimus. dei annue
te clementia euadere valeamus.

Cal. O condicio beata penite
tium. que de teis efficitis
iustos: de tristibus pterniter letos
de mortalibus absolute ppetuos
hic malorum societatem ad sep?
habent. ibi angelorum consortia
eterna felicitate suscipient

collect. Qua propter quintu
psalmum cordis deuotione ca tan
tes. comissa nostra fletibus extin
guamus a dignis penitentie fructi
bus culpas quas fecim? salubri
ter abstergamus: quatin? tpa ad
indulgentiam nobis indulta sic ex
pendamus. vt ad vitam eternam
puenire mereamur gra a mia dmi
nri ihu xpi Cui e ho: a gla i. f. A

Psalmus Cij

Benedic aui.
Titulus psal. iph 68.
Hu. onez maris ru

bri. moyses cātauit a ois ppl's cā
ticū laudis dño. vt hētur exo. xv.

Iero Sic p' illas bñ paupis
huilimas p'ces. a tā ma
gne peitētie geit' i p'cedenti psal.
expli

hugo quis q's fidel mo
catos nē ad redēdūz
laudes a grāz adōes ipi 68. v. p'pō

domi **Call.** Scies itaq' p'pha mē
tes hōim varijs illu
sionib' subiacē. nec sēp in rā con
tēplacōe desiras: aiaz suā vir scūs
alloq' tur. vt cū fuerit diuers' dadi
dib' v' p'icul' literata. bñficioz om
niū re cordet auctore: ne sibi ā alte
ri cuiq' putet eē t'buēdū qd a solo
dño stat eē cōcessuz **Vnde dicit.**

Benedic aia Aug? In oi mu
nē dñi nri. in oi ei' cōsolacōe
in oi cōre dōe. in grā quā donare
dignat' est in idulgetia q' nob nō
hoc red dit qd debeat. i oib' opib'
benedic aia **Nic.** Per h' q' di
mea dño. **Nic.** cit. aia mea
intelligit' p' tentie exterior: es vt vi
sus audit'. a sic de alijs **L. a oia q' i**
tra me sūt **vi;** pōtētie interior: es aie
viz intellāis. vltitas. memoria a
appetit' sensitū' sup' bñ dicit' **L.**
noi scō ei' **Ibñ dicit' laudis.** q' mi
nor bñ dicit' maiori. a nō osecratō
nis. q' fit cōuersio. sic dicit' ap' l'us
ad hebreos. vij. **Smevlla cōtradō**
ne. qd min' ē a mel. ore bñ dicitur
Sequitur Calliodor? **Bñdic**

aia mea domio **Repetitio eius de;**
est vt studium maximum concita
ret geminata **Nico** **La noli**
sententia **obliuisci**

omnes retribucioes eius. **Quia**
fm q' dicit Seneca de beneficiis.
Omnium ingratisim' est: qui be
neficij accepti oblitus est

Augusti? Non dicit tribu
tiones: sed retri
bucōnes. **Primo enim tribuit no**
bis deus multa bona. quia nos cre
auit ad suam ymaginem. tēdit
pauit a plura similia. Et homo re
buit deo blasphemias: iniquiuen
do **At deus pro his malis nō retri**
buit penas sed potius. bonaci ispi
rando penitentiam a p' stando ei re
niam **Tribuit ergo cum me fecita**
retribuit cum me iustificauit

Calliodor. **Hoc ē quod**
obliuisci nul
li fas est vt qui erat obnoxius idē
obligat' pene dignus fieret mox
honore. **Cōsequēter exponit' retri**
bucōnes futuri seculi quas scātis
fuis dominus pia misericōdione lar
gitur **Vnde dicit' **L. Vi propicia****
tur omnibus iniquitatibus tuis
Quādo remissis delictis in pace di
gnat' suscipe p' dōres **L. q' sanat oēs**
infirmittates tuas **Iam securitas**
a immortalitas eterna in resurrectō
ne conceditur id ē cum corruptibi
le hoc iduerit in corrupcōez. et hō
mortale corpus induerit immortali
tate **Vi redemit de itinere vitaz**
tua. **Quādo nos ab etne mortis**
calamitate submouit scz vt nō au
diam? **Ite in ignē etnū. q' patas**

voluntatis expressiva. ut habet exo.
xx. a hoc ad litteram

HUGO Moraliter
at p moi
sen intelliguntur oēs facti q̄ extra di
sūt de aq̄s voluptatū seclariū. a per
filios isrl. oēs crederes in xpm. Dis
notificat de voluntatis suas viz vt
supb hūiliet. hūiliat cōfiteat. et
cōfessus sanet. It hoc procedit ex
magna dei mīa. vnde subdit **Cal**
serator. In opel. a misericord. In na
tural. dñs. xps. lōgamimis.]

Nic. diu expectas p̄dōres ad
penitentiā. a multū miseri
coris. q̄ mīa super altat iudiciū.
dñ. Jacobi. ij. **Non** impetūz iras
cetur de. J. f. elās suis q̄b? finalit
placat. q̄uis ad tem
p̄ eos castigat

HUGO
Lueq̄ ieternū cōminabit. J. v. corri
pit elōs suos a flagellat vt mēter
nū pareat a plerūq̄ mal i p̄nti p
cit. vt ieternū feriat q̄b? didurus
est. It in ignem eternum

Aug. dñs blasphemā q̄tūdie
a tñ solē suūz oriri fac su
per bonos a malos. Vocat vñdīq̄
ad cōredionē. weat vñdīq̄ ad pe
nitentiā. weat bñficijs creatūe. we
cat impiciēdo temp? viuēdi. weat
p lectōrē. weat p tractatōrē m. weat
p intīmā cogitacōem. weat p
flagellū cōredōis. weat p mīam
cōsolacōis. Sūt tñ q̄bā q̄ p̄parant
ouerfionē a differētā fit in ill' vñ
couia. cras cras. sufficiat q̄ fūisti
vsq̄ ad hodiernū diē p̄tōr. p̄p q̄b
obfua ne lōgitudie mīe dei male
vñdō. tu tibi thesauris iraz i die
ire. a reuelacōis iusti dei iudicij.

Gre Quia q̄s dñi exp̄dat
ad penitentiā hōs nō con
uerfus durius damnat. Sequitur
sētentiā gnālis de mīa dei cui dicit
Cal nō scdm p̄tā nostra fecit nob.]

Nic. p̄mēdo nos citra condig
nū. q̄ tāta ē offensa quā
tus ille q̄ offendit. de? at infinitus
ē et p̄sequēs offēsa p̄ p̄tā mor
tale om̄issa est infinita. tñ remittit
vñ subdit **Cal** neq̄ scdm iūquitates
nostras rebbu et nobis.]

Cal. scāc. hunc
absoluit q̄ se studuerit adhibita
satisfacōne. **Jero** Sicq̄ melio
dāpuare ra q̄ mere
bamur idulsi vñ abduc sub diē
Cal vñ scdm altitudinēz celi a
fra cōroboauit mīaz suā sup timē
tes se.] Quia cōparōne illud quo q̄
significatur. **Cal.** a circuit atq̄
q̄ sicut celūz nutrit fructus eius modo pluuīs
infundendo. mō prestādo serena.

HUGO Ita deus qui est i ac
citu populi sui fouz
eū a cōsuat p suā grāz a mīaz. vñ
adhuc subiungit dicens. **Cal** vñ
tum distat ortus ab occidentē: lō
ge fecit a nobis iniquitates nras
Cal Ac si **Calliodor.** Tāz
dicat iniquita
tes nostre longe sunt. cum nobis
peccata nostra indulgentur. quā
tum potest clara dies a tenebrosa
nocte distare. Deide ostēdit q̄ grā
dñi ḡtis saluat. vñ de diē. **Cal** vñ
mē miseret pat filiorū mīst? est
domin? timē **Jero** Sicut p̄ter
tib? se miseretur si

lio cum verberat ut emendet ac
bonis operibus erudiat. ita a dñs
corripit nos in dñu vt saluos faciat

Hugo Consequē ondit mul
tas causas quare do
min⁹ de facili ita nostri miseretur.

Prima est nostra fragilitas. vnde
dicit. qm̄ ipse cogitit figmentum

Rico v. pmitate nr̄az ad
peccanduz: a fragi
litate ad standū iuxta illud Gen.

vij. Sensus et cogitatio hoīs pna
sunt ab malū ab adoleſcētia sua. Et

non solū fragiles fumus q̄tuz ad
animā: s̄ etiā q̄tum ad corp⁹. Vñ

subdit. Recondatus est qm̄ pul
uis sum⁹.

Trāslatio romana ha
bet. Memento dñe q̄ puluis sum⁹

q̄ corpus nostr⁹ in puluere; terre
resoluit vñ compositū est. Secūda

causa est mūbi deceptio: q̄ ardet
hominē p̄ prosperitatez. vñ dicit. Lū

sicut fenū virens ad tēpus mo
diū. l. bies ei⁹ vñ vita ei⁹ q̄ si flos

agri sic effloret. q̄ sic flos agri
ad calorem solis cito deficcat: sic vi

ta hominis ad calorem febris vel alteri
us infirmitatis statim eliminat.

Sequit̄ tertia causa quare dñs mi
seret: que est necessitas moriendi.

vñ sub **Hugo** Q̄ vniā spi
ritus existens

in illo. vi corpe hoīs p̄trāſibit
moriendo. l. a non ſubſiſtet. q̄ rece

dere aia cadit corp⁹. Et s̄ cadauer
quasi caro data vermibus.

Cassi Audiāt qui supbiūt et
se gauēt mundana feli

citare sub **Jero** Transeūte em̄z
iēos. spiritu oīs iocū

ditas a viriditate eius traditur ob
liuio **Cassio** Nō est ergo de
mi. fugitiuo flatu

p̄sumenduz: s̄ hoc hic poti⁹ agēdū
q̄ nobis p̄desse nouim⁹ in futur⁹.

Et ne quis forsitan crederet ad hūc
munduz aias esse redituras sicut

nōnulli dementiuz putauerūt. ad
didit. **Hugo** l. a non cogſcet

amplius locū
suū. l. Locū aie corpus est: ad q̄

post mortē non reuertit̄. Vñ **Job**
x. dicit. Vabā a non reuertar.

Rico Trāslatio hebraica ha
bet que est **Jero**. sic. Et

non cognoscat eū ultra locū eius
Quia sicut exītes in p̄nti vita non

cognoscat ea q̄ sunt in receptacul⁹
defunctoruz. sic nec defundi cogno

scant ea q̄ sunt in locis viventium
fm̄ q̄ dicit **Aug⁹**. libro de cura p̄

mortuis agēda. Et hoc intelligēdū
est de lege cōmuni. quia aliquādo

fit aliter et ex reuelatione speciali.
Scienduz tamen q̄ bñi qui sunt cū

xp̄o vidēt in verbo ea q̄ faciunt ad
augmentū sue b̄titudinis. Et sic vi

dēt ea q̄ sunt hic a viuīs ad eoruz
reuerentiam a honorem.

Cass Audisti o homo quid sis
audi quid futurus sis p̄

b̄nificia dñi si dñm non desperis.
dicit em̄z. l. Misericordia autēz do

mini ab eterno: a vsq̄ in eternuz.

Hugo Quid est q̄ dicit̄. Ab
eterno em̄ nō fuit mi

seria: ergo nec misericordia. Item
nec ab eterno fuit creatura: q̄ nec

miseriordia. Solutio p̄ filiē. Sicut
em̄z dicit̄ **Apoē**. xij. **Agñ⁹** qui occi

his est ab origine mundi & p̄dai
sus occidi. Sic a misericordia dei est
ab eterno in p̄uisione eius: et vsq̄
in eternum & sine fine.

Nico [sup̄ timētes eū] timo
re filial̄ reuerentie. et
nō sup̄ illos q̄ cōtēnūt ei⁹ mādata.

Aug⁹ q̄z caro surget ad tor
mentū. **Et iusticia**

illi q̄ remunerat timen
us. **Nico** res eū: extendit li
lios filioz. q̄ sūt imitatores bonoz
patnoroꝝ. **Translatio romana ha**
bet: super filios filiorum.

Aug⁹ Multi iusti non h̄nt fi
lios: a sterilitatis eue
tu aut virginitatis studio: q̄nto mi
nus filios filioꝝ. sed filios nostros
dicūt opa nostra quos p̄ desiderū
cōcipim⁹: p̄ effectū parim⁹: a p̄
cōsuetudinē nutrim⁹. **Et filios filio**
rū dicūt mercedē opm nostroz.

Hugo quā datur⁹ est domi
nus [his q̄ suant te
stamētū ei⁹] & p̄ceptū ei⁹ corde reti
nendo: a ope adimplendo. Vñ sub
ditur. **Et memores sunt māda**
toꝝ ip̄s⁹: ad faciendū ea. q̄ iuxta
Aplm. nō auditores legis: s̄ facto
res iustificabūtur apud deū. **Seq̄t**
to **Omni** i celo paratū se dē suā.]

Calli hoc ad illud p̄tinet q̄n
celos: sed et q̄ ad dexterā dei patris
inde venturus est iudicare viuos a
mortu⁹.

Hugo de cui⁹ potētia
os. **Hugo** s̄dit: dicens.
La regnū ip̄s⁹ oib⁹ dñabif. **Im**
q̄ dñi **Daniel** vii. **Populi**: trib⁹: et
lingue seruient ei.

Nico dem̄ ibucit p̄ba ad
laudez dei celestes crea
turas: dices. **Benedicite dño om**
nes angeli ei⁹. **Id** n̄ dicit de laudib⁹ di
uine: q̄ minor b̄ndicit maiori. [po
tētes virtute.] videlz naturali q̄ an
geli excedūt virtutē a fortitudinēz
omniū corpaliū. **Et** q̄ hec virtus
remansit in demonib⁹. **Ideo dñi Job**
xli. Non est ptās sup̄ terraz q̄ ei cō
paretur. **Veruntamē** quia sancti
angeli sunt om̄o obedientes diui
ne volūtati. **Ideo** subdit. **facientes**
verbū illi⁹. **Iob** edicō iussis ei⁹. **Ad**
audiendā vocē sermonū ei⁹. **Isti**
fmones sunt diuine reuelationes
que p̄mo fiunt angelis sup̄iorib⁹
a p̄ illos medijs: a p̄ medios inferi
oribus: a p̄ inferiores s̄ctis homi
nib⁹. **Im** **Dyonisiū** de ang. ieraf.

Cal. Angel em̄ v̄bū dñi est vo
lūtas ei⁹: q̄m illa s̄blimis
spūalisq̄ s̄ba btōꝝ āgeloz cū dñz
ctuef. ibi veritatē volūtatis ei⁹ co
gnoscat. nō eis dē v̄berato aere loq̄
tur: s̄ in spiramie suo volūtates eo
rū ad suū velle cōtūt. **Sic** erūt vt cre
dim⁹ b̄a hoies post q̄ regni eñi fu
erint p̄mia cōsecuti. **Benedicite**
dño omnes virtutes eius.]

Nico hoc exponit duplicat
lis cōter: q̄ aliq̄n dicūtur virtutes
p̄pter excellentiā sue virtutis. **Alio**
modo specialit̄ de medio ordie āge
loꝝ secūde ierarchie: q̄ dñi ordō vir
tutum: eo q̄ minist̄eria liter op̄an
tur in miraculis factis diuina vutu
te contra solitum cursum nature.
Ideo subditur. **Limistri eius quā**

Benedic anima mea domino.
Aug pro taz mltis a ma
gnis muneibus gra
tiam ei? qui in hoc psalmo cōti
nentur. Domine deus meus. **Je**
re. Omibus quidem es a deus
a dominus. sed meus proprie de?
a dñs es qui merui vocare seruus
tuus a pecca. **Hug** Magnifi
tis absolutus **Hug** catus es
non i te qui nec augeri potes. nec
minui sed in notici a nostra. **Cal**
sio. Cum te sentiamus creatorez
redemptoremqz omniū bonoz lar
gitorz. ad postremū ipm a iudicē
nostrz. **Adiecit** **Q**uoniam
qz vehementer **Q**uante es ex
cellētie qz nō potes laudari a creatu
ris quantū tu es laudabilis. sic dñ
Ecclē. xliij. Maior est omī laude. De
inde ad dñe ratio motiua ad laudez
dei ex ordīnata productione mūdi.
Vnde dicit. **C**onfessionem. **C**ir
ca quod sciendū qz prima pars a
principalis mundi est celū empy
reum a principium sue creationis
angelis repletū vnde dicit **C**onfel
sionem a **decorem induisti.** Ita qz
p **decorem** intelligit celū empyreū
Dictū a patre quod est ignis. nō qz
sit igneum sed splendidū. a sic ali
quo modo uenit cū igne in splen
dore. **Per** confessionem intelligit cō
gregatio angeloz sanctozū deum
confitentū cōtinua confessione lau
dis diuine. sicut **Apo.** iiii. dñ. **Et** req
em non habebant die ac nocte. dñ
cētia **S**anctus sanctus ac. **Et** istis
duobus tam **decore** celi empyrei qz
angeloz sanctozū confessione v lau

satione: dicitur deus indutus me
taphorice. Quia sicut indumentum
facit ad ornatūz hominis induti. sic
in istis creaturis principaliter elu
cet gloria dei. **Et** ideo sūditur **L**ami
aus lumine sicut vestimento qz
lumen magis pprie est in spūalibz
substantijs qz corporalibz. **S**ed a
pars machine mundi ē celum cri
stallinum a sydereū continens spe
rām stellaz fixaz a ortes septem
planetaz. **Et** quantū ad hoc dicit
L **Ascendens celum.** v sydereū
sicut pellem. **V**idetur em extendi
super emisperium nostrū qz si te nto
riū. **qui** tegis aquis superiora e
ius. **I**n hoc notatur celū cristalli
nū qz est sup sydereū qz dñ aque
um qz apparet qz a aqua ogelata ad
modū cristalli. **T**ercia ps machi
ne mundi ē elementū ignis a aeris
cōtinens spaciū qz est mē spera lu
ne a superficiem terre a aque. **Et** qntūz
ad hoc dñ. **Q**ui pnis nubes ascē
sum tuū. **T**ranslatio hebraica hz
Qui pnis nubes curū tuū qz nubes
p aerem videtur ferri ad modū cur
ru **Cal.** **H**oc etiam uenien
ter ad trām acāpit r
qz dñs post rēurrectionē vidētibz
apostolis ascendit i celū. sic m ad i
bus aploz primo capi. loquitur
Hoc cuz dixisset nubes suscepit eū
ab oculis eo. **Q**ui ambu
tū **Sequitur.** **H**u. **l** **Q**ui ambu
nas ventorum. **I**dem venti dicunt
hīe pennas metaphorice ppter ve
locitatem sui. **Et** dñs ambulat sup
pennas eoꝝ dñ volūtates suas mlto
velocius operatur qz p̄t ex cursus

essentorum. **Nico.** Et quia de
 us naturā corpalem per angelos
 ministrat ut dicit. **Nicola.** super
 genesi. **Ite** subdit. **Qui facis**
angelos tuos spiritus. et facis ut
 spir. tui sint angeli: hoc est nūci
 Omnes enim ille substantie superle
 stes deo assistentes spiritus sunt. si
 tūc angeli dicūt. quādo ad aliqd
 exequendū mittuntur. qz angelus
 nomē officij est a nō nature. **et mi**
nistros tuos ignez vrentē. Hoc di
 citur qz angeli legūtur frequēter
 apparuisse in specie ignis ut moisi
 in tubo ardenti. exo. iij. Vocatur
 tū ille angel. dñs. qz psonā domi
 ni representabat. sicut dicit **Gre.**
Item. iij. regū. ii. in translatōe he
 lye que fuit facta misterio āgeli
 eo apparuit curus ignez et equi ig
 nez. Similitr. iij. regū. vi. Apparu
 it mons plen⁹ equorum et curruz
 ignez in circuitu helysei. qz sic
 dicit. **Ieronim⁹** Angeli veniebāt
 ad defensionem ei⁹. Et dicit ignez
 vrentē qz angeli ardent caritate. et
 sunt efficaces ad executionez diu
 ne voluntatis. **Quarta** ps machie
 mūdi est elementū tere et aq. **Vñ** de
 terra dicit. **qui fūdasti terrā.** quia
 sicut fūdamentum est inferior ps
 domus. sic terra est inferior ps ma
 chie mūdi. **sup stabilitatem suā.**
 et sup centū mūdi ad qd vñdīqz
 tendūt naturales ptes terre. et idē
 sūditur. **non idmabitur in sc̄m se**
culi. et non declinabit a cetro i ali
 qua pte. quia hoc est sibi natūale
Hu. **Contra** primū viz. q̄ fun
 dasti terram sup stabili

tatem suam. videtur esse cōtrariū
Itud **Iob.** xxvi. **Qui** appendit ter
 raz sup nichilī. **Solutio.** **Immobī**
litas terre dicitur eius stabilitas
 a fundam. **Iero.** **Cōtra** hoc verō
 mentū. **Iero.** qz dicit nō mdi
 nabitur in seculū sc̄li. videt discor
 dare hoc dictum saluatoris. **Mat.**
 xxiiij. **Celum** et terra transibunt.
Collector. **Verū** est quo ad fi
 guram transibūt sed non quo ad
 substāciam. q̄ qz de hoc ecclia per
 terram significata. sup xpm fūda
 ta et in eternū duratura allegorice
 conuenienter exponitur
Nico. **De** elemento aque. vñ
 de subditur. **Abissus** |
 et oceanus qui dicit abyssus p̄t
 sui p̄fūditate. **hic** **restimētū** am
 dūis ei⁹. **qz** oceanus vñdīqz circū
 dat terrā accepta vna pte que remā
 sit p̄te i vitam hominum et anima
 lium terrestriū. **super** **montes** **sta**
bunt **aque.** **Hoc** intelligēdum est
 de aquis pluuiālib us que generā
 tur in nubibus fm qz dicit in **Iob**
Qui ligat aquas in nubibus suis
Nubes autem geneantur sup cacu
 mina mōtium. **Ab** **in** **crepacione**
tua **fugient.** **qz** nubes pluuiose
 mouēt de loco ad locū. fm ordinez
 voluntatis diuine. **Aliē** **exponit** **ēte**
rendo **ad** **hoies.** **In** **nubib⁹** **enī** **fre**
quenter **gnant** **ip̄ssiones** **terribi**
les **vt** **tonitrua.** **fulgura.** **turbines**
que **dicūt** **q̄dā** **icrepacōes** **diuine.**
qz **frequēter** **sunt** **signa** **ire** **sue.** **et** **sic**
hoies **territi** **fugiūt** **de** **cāpis** **ad** **lo**
ca **magis** **secura.** **De** **inde** **revertit**
ad **disposicōnez** **elemēti** **terre** **quis**
 Mij.

in aliquibus locis est montuosa:
in alijs plana. Et q̄ntū ad hoc dicit̄
Ascendūt montes a descendunt
campi. Et iste ascensus vel descen-
sus nō est aliud q̄ eleuatio maior
montium et minor camporum. Alle-
gorice autem **Iero**. Ascendunt
loquendo. **Iero**. montes: cū
sancti in spūalem pficiunt itelligē-
tiam. a descendunt campi: cum po-
puli eorū dōctrine se subdunt: in lo-
cum quē fundasti eis. v̄ in cōuentū
ecclesiasticū. **Seq̄t̄**. **Terminūz po-
suisse i** **Hugo** videt̄ aquis. **L**
eis. **Hugo** quē nō trāsgre-
dientur: neq̄ ouertent opire frā
v̄ ne fluant vltra terminum eis a
deo consti. **Rico**. Deinde abdu-
tutum. **Rico**. cū ratio dīne
laudis ex debita pūsiōne v̄uenti-
um cum dī. **Q**ui emittit fontes
in cōuallib⁹. **Q**ui in descensu vel pede
montū orūtur cōmunit̄ fontes
magm̄ ex quib⁹ orūtur fluuij. **V**ñ
subdit̄. **I**nter mediū montūz. **I**.
p̄ valles. **L**pt̄ranfibūt aque. **L**. a h̄o
ad sustentationē v̄uentū. **I**do s̄b
dit̄ur. **P**otabūt omnes bestie a
gr̄. **I**. aialia domestica ac etia; sil-
uestria. **V**ñ addit̄. **L**expectabunt
onagri in **Hugo** hoc dicit̄:
sua. **Hugo** quia amia-
lia alia sepe bibūt de fontib⁹. **S**ona-
ger multū diu portat sū suā: expe-
ctans plūuā de celo vt inde bibat
Onager dī ab on q̄ est asin⁹ a a-
gera fer⁹: q̄ si asin⁹ fer⁹ v̄ siluestris
Collect. **V**ñ **L**id. m. h̄o. ethi
ca halet magnos et indomitos et

in deserto vagantes. siinguli autez
feminaz gressibus p̄sunt. nascan-
tibus masculis zelant a inuident
atq; testiculos morū eorum detū-
cant. q̄d cauentes matres: eos in
secretis locis occultant.

Rico. Deinde cōmēdat a lau-
um: dicit̄. **L**. **V**per ea. **L**ta; super
aquis q̄ sup montes. **L**. **whicres ce-
li habitabūt**. q̄ sunt alique volu-
eres aquatiles in fluminib⁹ vel ape
habitantes. **A**lie sunt volucres in
foraminib⁹ habitantes petraz. a
quarū cantu cōmendat d̄m: dicit̄
L. **In medio petraz dabūt voces**.
Translatio hebraica h̄z. **D**e medio
remotū dabunt voces. **E**t hoc it̄l-
ligitur de auib⁹ in arborib⁹ siluiaz
cōmorantibus. **D**einde cōmendat
d̄m a creatione plūuiaz: dicit̄
L. **I**gās montes. **I**. d̄m **L**de supi-
oribus suis. **I**. de nubibus plūuio-
sis sup montes generatos: vt ibi
crescat herba aialibus siluestrib⁹
oportuna. **L**de fructu opm̄ tuoz sa-
tiabit̄ terra. **L**de effeū plūuie q̄
est opus tuū fecū dabit̄ terra ad fe-
rendū fructū. **V**ñ s̄b dit̄. **P**rodu-
cēs fenū iumētis. **L**ad eoz nutriti-
tū. **L** a herbā frūtū. **L** v̄ silu. **L** boim.
Granū em̄ semiatū i tra p̄mo pdu-
cit herbā: postea spicā: a vltio gnū
vñ fit p̄cis ab vsū hoīs. **I**do s̄b dit̄.
L. **E**ducas panē de terra. **E**t q̄
ad sustentationē vite humane nō
solū requirit̄ abus: s̄ etiam pot⁹ q̄
p̄ncipaliter est v̄inum de vite **I**do
subdit̄ur. **L**et v̄inum letificat cor ho-
minis. **R**equirit̄ur etiam condi-

mentū ad recreatiōē hoīs. vñ s̄b
di ē. **Et** exhilaret facies eius in
oleo. It p̄ oleū qđ est p̄ncipale
cōsimentū intelligunt̄ alia combi
nēta. Et panis cor hoīs cōfirmet.
ad sustentatiōē vite humane. Et
q̄a pluuia trā humidās fecit ad
arbores. It̄ subdit. **Saturabūē**
ligna cāpia cędri. Dñt̄ em̄ arbo
res radices p̄ ore vt notat p̄hs. ij.
de anima. q̄a p̄ radices attrahit
alimētū arborū ad eaz̄ nutritiō
nem a fructificationem.

Hugo **Let cędri libani q̄s**
viz arbores. **planta**
uit. v̄ crescere fecit. etiā nutritiō
Lilic passeres indificabunt. Iis ē
aues minores. Sciunt̄ em̄ ibi sp̄s
p̄ gñe q̄a passeres nō solent̄ indi
ficare in arborib⁹. Vñ trāllacio he
braica h̄. **Ibi aues indificabunt**
Herodij domus. v̄ m̄dus est in
cędri libani. q̄ m̄dificat in eis q̄
herodius dux est eoz̄. s̄. passerum
mnozum.

Herodius est
auium. **Herodius** est
preda viues. maior oīm volatiliū
quia aq̄lam vincit a comedit. **Hu**
go. auius nomē gallice d̄i ḡifart.
Mōis ex cęl. s̄ sunt̄ refugū **Ler**
uis. s̄ cęl. **petra.** cauiosa ē **refugū**
terinatū. v̄ heritū. **Hericius** ē
animal sp̄m̄ sū habitans in cau
nis petraz a vesit̄ pomis. **Heri**
cus. qñ aliqđ aduersū sentit̄ st̄aū
in globū ouersum in sua se arma
abscondit vel colligit. **Hui⁹** pru
dentia quedaz̄ talis ē cū absiderit
vūā de vite sup̄m⁹ se volutat̄ super
eā. et sic eam portat in narib⁹ suis

sp̄ito **Hugo** **Postea** omē
sis. **Hugo** dat dñm a vi
cissitudine corp̄m sup̄ celestū. s̄. q̄
liter de⁹ p̄uidit̄ v̄uentib⁹ de alina
cōe t̄pm̄ dicens. **Fecit** hūā in tē
p̄ā. vt. s̄. distinguat̄ a variet̄ ep̄a

Mico **Secm̄** em̄ variū motū
hūe magis apparet̄ sē
sibilis mutatio aeris q̄ s̄c̄m ali
os pla. **Hugo** solent̄ em̄ ha
netas. **Hugo** bundare hu
mores qñ plena ē luna: aī ortu ei⁹
frigiditas esse. **Mico** **sol cog**
in aere. **Mico** nouit̄ oc
casum suū. v̄ ita facit. ac si cogno
sceret. q̄ vadit̄ determinate ad oc
casum q̄i haberet̄ intellectu. **Der**
talem modū dicit̄ q̄ motus natu
re est motus intelligēt̄. **P** **Qui**
sti tenebras. Im̄ emissio nro occa
sum solis. **et facta ē nox.** q̄a sicut
dies est duratio solis sup̄ terraz̄:
ita nox est duratio eius sub terra
in ipsa. viz nocte **pertransibunt**
omnes bestie silue. querentes sibi
predaz̄ magis de nocte q̄ de die.

It̄ sequit̄. **Acuti leonū rugiēt̄**
vt rapiāt. s̄ q̄ deus ex sua p̄uidē
tia pascit̄ eos. **It̄ subdit.** **Let que**
rant a deo escam sibi.

Col. **Hunc** versuz̄ viz. **Posuisti**
tenebras. et sequentē bea
tus Greg. in libro. xxvii. moralū
allegorice exponit̄ d̄i. **Tenebras**
posuit̄ cū peccatis iudicia repēdes
v̄ redēs. hūmē sue intelligēt̄ sub
trahit̄: et nox efficit̄. qñ prauoz̄
mens ignorātie sue tenebris ceca
tur. **In** qua omnes bestie silue p̄
transibant̄ dum maligni spiritus
M. iij

sub obscuritate fraudis latentes
in reproborum corda puritates suas
explendo percipiunt. In qua a catuli
leonum rugiunt quod nequissimam partem
tum ministri spiritus insurgunt ipso-
rum tentationibus. qui tamen a deo
escam et partem fideles decipiendi
expectant. quod mirum hoc decipere neque-
unt nisi iusto iudicio prevalere divi-
nitus permittunt. **Hugo** et quod per-
tantur.

Hugo. dea se-
rocia animalia in die abscondunt
ne lebant. **Iero** subdit. **Or-**
tus est sola congregati sunt. scilicet catu-
li leonum et in cubilibus suis colloca-
bunt. et in abscondito silvarum.

Col. Translacio hebraica habet
Oriente sole recedit: et in
speluncis suis cubabunt. Propter quod
secundum **Ar**ribit homo ad opus su-
um. **Iero** sole. **Et** ad operationem suam
usque ad vesperam. **Nico** quia sicut fere
esperam. **Nico** discurrunt de
nocte ad querendum videtur: sic e con-
trario homo qui est animal mansue-
tum in natura de die exit ad opera
sua: et de nocte quiescit. **Et** quod ex ta-
libus effectibus apparet latitudo
sine prudentie nobis incommensurabili-
sibilis. **Iero** ammirative subdit di-
Quia magnificata sunt. et valde
magnificata sunt. **Lopa** tua domine. quod
excedunt sensum humanum. omnia in
sapia fecisti. et sapia disposuisti.

Iero. Quia enim videmus formicam
reponit sibi escam et iterum culicem: animal
tamen minimum habere oculos ventres
et universa membra. sicut et nos ha-
bemus. similiter et apes quomodo faciunt

et. nonne sunt hec ammiracione dig-
na et sapia plena. **Sequitur**

Nico. **Impleta** est terra possessio-
ne tua. scilicet hominibus et
animalibus. que sunt dei creature.

Hugo Deinde hinc tenet
cere deus per mare et or-
naturum eius dicitur. **De** mare ma-
gnum. scilicet oceanus ubi concurrunt
omnes.

Nico. **La** speciosum mani-
aque. **Nico** bus. et locis. quia
didico hebraica sic posita equoca
est ad signandum manum a localibus re-
ptilia. et pisces diversorum generum
Ridetur et hinc sic dicitur. quod na-
tando reputat. quorum non est numerus.

Nicolaus. quia non pos-
sunt ab homi-
ne numerari: sed deo omnia sunt nu-
merata. **Animalia** pusilla et ma-
gnis. **In** mari enim sunt pisces ali-
qui valde parvi. et alii valde ma-
gni et cetera grandia. quorum magni-
tudo est quantum iugez terre ut dicit
plinius. **Lilic** naues pertransibunt. **Et**
bona in vna terra habundantia de-
portentur per navigium ad aliam partem:
talibus bonis carentes: et e converso

Calliodorus. **Mundus**
est mare magnum et spaciosum ma-
ribus. in quo dyabolice sine nume-
ro serpentes perambulant in insidiis. et qui demoni-
um malicie sunt tanquam animalia pu-
silla et magna. quoniam in ipsos et ma-
iores esse nequicie perambulant et mino-
res. **Collector**. **Discurrunt**
qui quem deorant. et quos ab con-
sensum prave actionis producere pos-

fiat sed q̄ mare dicit̄ a meand̄o.
noli timere piculū. quece lignum
quo p̄ mare transeas ad patriā.
Illic naues p̄transibunt. lignum
est crux xp̄i. nauis est ecc̄ia. gub̄
nator xp̄s est. Si mortificaueris in
tericia et obedieris preceptis ecc̄e
poteris ad requieꝝ patrie celestis
p̄ xp̄m gubernatorem puenire.

Hugo Et quia dixit q̄ i hoc
magno mari. hoc ē
in oceano sunt puāa magna ani
malia. sp̄ificat de magnis c̄i sub
dit dicit̄. **D**raco iste queꝝ forma
si ad illudēū ei. **D**raco ē maximū
animal q̄d in mari habitat. Et licet
sit magnum et forte tñ de facili il
lubidat̄ et cum gallina affata quā
ponunt in partica. et ipse draco in
sequitur gallinā et ipsi piscatores
cum instrumentis insiliunt supra
dorsum eius: et sic capiunt eum.

Iero Nō em̄ iste draco p̄pter
hoc formatus est vt illu
banur ei sed li ad. ponitur hic con
secutue et non causahter. q̄ ad eiꝝ
formationem cōsecuta est illusio.
Iste draco dicitur esse cete de quo
dicitur genes̄. Et creauit dominꝝ
habetur p vetus a nouu testamen
tum. Ideo subditur. **B**on⁹ mihi
lex oris tui. qz decz precepta deca
logi locutus est de⁹ in monte synai
p angeli psonam dei repntantez.
Et legem euangelij locutus e nob
p filiu in carne apparentem. fm qz
d⁹: ad heb v. Nouissime locutus est
nobis in filio quez constituit here
dem vniuersoz. Sequit^r super mi
lia auri a argenti. v. super oes mu
di diuicias. quia tanto spualia ex
cedunt tpalia quanto illa que sūt
anime corporalibus preferuntur.
Hugo Vnde in glosa dicitur
Plus diligit caritas
legem dei qz cupiditas milia auri a
argenti

Q Anus tue do
Jo th Sequitur ca
pitulum xxi

num cui preponitur decima littera
videlicet Jo th que interpretat pñ
cipium. Vnde fidelis populus pñ
cipium sue creationis rememorās
petit illuminationem intellectus
sui dicens **Augustin⁹**

Q Anus tue. v. dei virtus a dei
sapientia videlicet christus
dominus. fecerunt me. fm animā
ad imaginem tuam. a plasinaue
runt me. fm **Ri.** i statura recta
corpus. **Ri.** ad videndu; de
um vt videlicet homo ex figura cor
poris quodammodo de ceatur ote
plari a amaē celestia. Vnde poeta
dicit. Os homini sublime debet ce
lum qz videre. **Iussit a creā os ad sy**
R. liij.

dera tollere vultus. Et similiter cum
queret ab Empedocle Cur videret.
Respondit **Vt** astra aspiciam. sub
trahere celum: nullus ero. Sequitur
Da mihi intellectus. hoc est eleua
tionem et illuminationem intellectus
ad te cognoscendum et amandum. Ani
ma autem humana ad imaginem dei
creata capax est ipsius per cogniti
onem et amorem. Et declarat quo fi
ne petit intellectum dicens. **Vt di
scam mandata tua.** ipsa intellige
do et opere. **Cass** Petit ergo po
pulus fidelis
intellectum ut quem **Adam** per mo
tedientiam perdidit: idem populus
per deuotionis obsequia mereatur
nicol **Qui timet te.** timore fi
lium. **videbunt me et leta
buntur.** qui a caritate gaudere facit
de bono proximi. **quia in verba tua**
hug et in promissione verborum
et in promissione verborum
plus daturus es iustis tuis quam pro
missisti. Sensus talis est **Qui timet
te: videbunt iustum. et letabunt.**
quia in de eis est leticia quia viderunt
bona opera. **Ambros** Est enim
ra tua **infitum**
bonis ut affectu pio castum publi
cus: sapiens prudente: misericors
liberalem diligit: et virtutes suas
in alijs amet. Plerisque enim iusti
aspectus: admonitio correctionis est
perfectioribus vero leticia est. Ma
gna enim virtus est in oculis. quod
apparet in naturalibus. **Basiliscus**
vero si quodcumque animal viderit pri
or: hoc suo visu fertur occidere. **Ipe**
quoque serpens dicitur mori: si fue

rit hominis preuentus aspectu. Er
go si tanta virtus est in oculis ser
pentis vel in oculis hominis ut si al
ter alterum prior viderit: possit oc
cidere. Nunquid est virtus in ocul
iusti qui est repletus virtutis gra
tia. **Sed** qui videt iustum debet scire
quid videat. non illum videt in cor
pore. non in vestimento. non in pa
trimonio. non in vultu. si intus vi
det quod non illum videt nisi eius vide
rit mentem. nisi eius sermone in
tenderit. nisi sensus illius potuerit
comprehendere et sapientiam de tra
datu eius assumere. **Tunc** igitur
letabitur cum ista perspexerit et cog
nouit. **Nic.** Et quia homines ali
rit ea. **Nic.** quando ex fragilita
te humana committunt aliquid pro
pter que a deo puniuntur in hac vi
ta ne postea grauius puniantur. si
cut patet. **iii. Regum. xiiij.** de viro dei
qui seruatus a falso propheta in be
thel redijt propter quod a leone occi
sus fuit. tamen leo cadaver eius non
tetigit sed seruauit ad ostendendum
peccatum eius illa pena desertum et
in alijs actibus vite sue eius meri
tum. **Deo** subditur. **Cognoui do
mine.** id est expectus sum etiam in
passionibus meis. **quia equitas iu
dicia tua.** quibus punis licet ipsa
aliquando sint occulta. **et in verita
te tua.** id est iuste. **humilia si me
per tua flagella.** **Hic** misericor
dia. **In peccatorum meorum deletio
ne.** ut soletur me. **de spe vite et e
ne.** secundum eloquium tuum ser
uo. **Cassiodor** id est se
tuo.

illam promissionem qua responde-
tur in euangelio se tribulatos reli-
cturum minime in passionibus.

Nicolaus Ueniant mihi
hi miserationes
tue a viua | vita gratie in presenti
a vita glorie in futuro. Qua lex tua
meditatio mea est. Que quidem me-
ditatio est dispositio ad gratiam ha-
bendam. a habitam augmentandam
Et quia ex profectu bonorum causa-
tur confusio demonum Ideo subdi-
tur. Confundantur superbi. Id est
spiritus maligni qui de celo prope
suam superbiam sunt deieci. quia
imuste iniquitatem fecerunt in me.
Licet enim demones iuste a deo per-
mittantur nos temptare: tamen po-
testate sibi concessa vtili iniqua vo-
luntate. Ego autem exercebor in ma-
ndatis tuis. quia quanto homo sen-
tit se a demonibus plus temptari:
tanto magis delectat in bonis operibus
exerceri. Et quia in pugna contra
demones indiget homo suffragiis
bonorum Ideo subdit. Conuertan-
tur mihi. Id est ad auxilium meum
limentes te. Amore filiali. Et qui
nouerunt testimonia tua. Intellige
de operando precepta tua. Et quia
per bonum exercitium purificatur
cor humanum. Ideo subdit. H
at cor meum immaculatum in iusti-
ficationibus tuis: ut non confun-
datur. In presenti per lapsum culpe.
a futuro per lapsum in foueam
gelentem.

Ambrosius Que autem
sunt iustifi-
cationes. Audi prophetam dicen-
tem. Dic iniquitatis tuas ut iusti-

ficeris. Ergo qui iniquitates dicit:
iustificatur. qui autem iustificatur
non confunditur. quia pudore pec-
catorum matura confessione permi-
nit.

Defecit in salu-
Caph

care tuum anima mea
Sequitur ca-
pitulum vn-
decimum cui preponitur vndecima
littera scilicet Caph. que interpre-
tatur incur. Incuruatur fi-
uati sunt. Hu. des velint no-
lunt per hec infima. quod in hoc cor-
pore detinentur: quod corrumpitur a
aggrauat animam. mens tamen
eorum ad superna rapitur cum in
amore accenditur contemplationis
diuine. de qua consequenter subdit
dicens

Defecit **Nicolaus** Circa
quod
sciendum quod quanto plus anima in
contemplatione eleuat: tanto ma-
gis ab occupatione exteriorum se-
suum retrahitur. Et quando con-
templatio multum intenditur: sen-
sus exterior ab actu suo cessat a im-
peditur ut patet in rapto. a sic ani-
ma quodammodo deficit in quan-
tum cessat ab actu exteriori: absor-
pta in contemplatione summi boni
a delectatione sequenti. et hoc est
quod dicit. Defecit in salutare tuum
anima mea. quia talis defectus
est salutaris.

Gregorius. iiiij.
mo
ral. Na quo quisque robustus eterna
appetit eo a temporalibus salubri de

fectione **Ambrosius** ^{de}
lassatur. **Ambrosius** sic
re enim est migrare vnumquens
totis studijs ad id quod diligit. Il
lub enim cogitat. illi adheret. illud
personat. illud in mentis gremio fo
uet. in id quadam deflectione trans
funditur. a hoc solum timet ne illud
possit amittere. **Attollatur** igitur ani
ma nostra deficientis suis viribus vt
adherat summo bono christo sa
lutari nostro per quod fiet eterna
liter beata. **Et** in verbis tui
Sequitur. **MIO** cum superspera
ui. Iquo promissisti vitam beatam.
Quanto enim quis in contempla
tione eleuatur: tanto magis de ve
ritate huius promissionis certificatur.
Effecerunt oculi mei in eloquium
tuum. Iqz quanto oculi interiores ani
me plus eleuantur in deum tanto ma
gis diuinam bonitatem percipiunt
a veritatem. que in sacra scriptura
diuinis eloquijs exprimunt trans
cendere in infinitum. a p consequens
accenditur eius desiderium ad vide
dum deum immediate atqz eo fru
endum. **Ite** subditur. **Dicentes quan**
do consolaberis me. I in perfecta be
atitudine. **Et** qa ex tali eleuatione
ad diuinam ebbitur huius quasi insensi
bilis circa exteriora agibilia. **Ite**
subditur. **Quia factus sum sicut**
vtres in prima. **Vt** enim in prima
derelictus videtur non applicabilis vl
tra humanis visibus. a huius excel
lenter contemplatiui reputantur in
agibilibus a politiciis v actibus mu
danis quasi stolidi. **Vnde** a iij. **Re**
ix. **Principes exercitus q erant cu;**

hycu dixerunt de propheta qui vene
rat ad eum inungendum. **Quid ve**
nit insanus iste ad te. **Et** in figura
hys facies **Moyfi** apparuit cornuta
ex collocactione domini vt hate tur
Ero xxxiii. **Excellenter** ergo otem
platiui ab hominibus mundanis
reputantur fatui. a tamen fm veri
tatem sunt sapientissimi. qz sapia
consistit proprie in contemplatione
prime cause non solum sedm scos
sed etiam sedm phos vt hateet pri
mo metaph. **Et** quia excellent co
templatiuis vita presens vertitur
in eternam. **Ite** subditur. **Quot**
sunt dies serui tui. **Id** est qd diu re
tardabor a beatitudine celesti. **Doc**
modo dicebat **Paulus** ad philip.
pmo. **Desiderium** habeo dissolui et
esse cum christo. **quando** facies de
persequentibus me iudicium. **Id** est
de diabolo cum ministris suis. **inde**
finenter temptantibus me. **Extre**
num enim iudicium in quo demo
nes generis humani persecutores
decedentur in infernum a sanctis.
et maxime a contemplatiuis homi
nibus desideratur. quia tunc vita
contemplatiua nunc inchoata co
summabitur. **Vnde** dicit **August.**
super **Iobem** exponens illud. **Sic** eu
volo manere donec veniam id e in
choata contemplaco manet donec
veniam: tunc perficienda cuius vene
ro scilicet ad iudicium. **Consequen**
ter subiungit de impedimento sua
uitatis que est in contemplatione
8. Parauerunt in iniqui fabula
tionem. **q** nullam continent veritatem
seu utilitatem. **Id** est non vt lex tua. **que**

nulla falsitatem continere potest:
cum sit a prima veritate derivata.
Deo subditur: **O**mnia mandata
tua veritas. **Call** **L**imiqui scilicet
infalibilis. **Call** heretici et p
fidi persequuti sunt me. **I**ubendo per
uersa aut falsa suadendo. **I**dem col
ad iuuu me. **V**t possim eorum persuasi
onem superare. **Hug** **v** fere
Paulominus. **Hug** **o**mnia
uerunt me in terra. **I**quasi dicat. **F**e
re ad nihil redigerunt me sed tñ
non ex toto. **Q**uod lego autē non dere
liqui mandata tua. **E**t quod hoc nō p
cessit ex virtute humana: sed ex to
mitate diuina magis. **D**eō subditur.
Secondū misericordiam tuā vniuersi
ca me. **I**n vita eterna. vbi facti nul
la contrarietate pulsantur. **L** a custo
diam. **V**sqz **nico**. **L** testimonio
in finem vite. **nico**. **o**ris tui. **V**i
delicet precepta decalogi. aut verba
facti euangelij que proprio ore p
tulisti.

Eternum domi

Lamech Incipit caplm. xij.
cui pponitur lra. xij
Lamech. que interpretatur cor. **I**n
hoc caplo fidelis populus cor i do
mini mandata constituit: asserit
verbū domini nequaquam habere ter
minum dicens

Eternum dñe verbum tuū pma
net in **hug** **D**oc de angelis dici
tū q in celo perma
net verbum dei in eternū qā iam ni
hil possunt facere a velle nisi qd de
o dmat a vult. **V**n vt nos ei volū

tatem omnino faciam? sic petim?
Fiat voluntas tua sicut in celo in
terra vt. **S**icut angeli sūt conformes
in celo voluntati diuine. ita sint a ho
mines in terra. **P**ost celū vero terrā
intuens subdit. **I**n generacōne a
generacōnem **iero**. **V**na gene
veritas tua. **iero**. ratio legis ē
prophetarum. alia euangelioꝝ. **I**n
his generacōnib? veritas dei pma
net qz nihil mendacij in scripturis
sanctis potulerunt. **H**ugo **L**un
dasti terrā. **V**ecdesiam in fide chri
sti let. **I**n ea permanet. **S**equitur.
Ordinatione tua pscietat dies. **I**
diem vocat claritatem eternam

Call **P**am quotiens in singu
lari numero dies ponitur
venturus ille signus qui vnus atqz
eternus est. a non habet noctem.
De quo scriptum est. **E**t erit illis
dominus lumen eternum. **L**quom
am omnia seruiant tibi. **V**idelicet
illa quibus dies perpetuus erit vt
excludantur illi qui infidelitatis te
nebras patiuntur qui domino nō
videntur. **Nicolaus** **E**t qā
seruire **Nicolaus** cōtra
casum peccati maxime valz diuin e
legis meditacō sicut dicit **H**ieroni
mus ad Rusticiū monachū. **A**ma
scripturarum sanctarum studia a
carnis vicia non amabis. **D**eō sub
dit. **N**isi q lex tua meditacō mea
est. **I**is est nisi fuisset occupatus
in tali meditatione. tunc forte peris
sem. per lapsum in culpam grauē.
in humilitate mea. videlicet impul
sus corruptiōe mee carnis q ex sua
vilitate rō est mee humiliacōis fm

qui per omne tempus vite sue eaz
cognoscitur. **Cast.** Si quis eam
meditari. **Cast.** las quasam
q; respectu domini sub moderacione
disponit: si cibos temperanter acci-
piat: si somnos ouementer capiat
si se honesta a pbabili actione co-
mendat: lege; dei meditatatur sicut
dic ap' s. Siue em mandu' ratis: si
ue bibitis: siue aliq; aliud facitis
omnia in gloria dei facite. **Sequitur**
Super **immi** **nic.** **u** super inde
cos meos. **nic.** os a infide-
les. qui licet quantum ad natura sunt
amici: tamen qntu ad infidelitatez
sunt inimici. sup hos **prudente me**
facisti. **u** prudentiore ipis i h' **lma**
dato tuo. **u** p mandatum tuum a-
me vere intelleduz. cui fideliter obe-
diu' quia in eternu; mihi est. **Iu**
dei est habent sacram scripturam
non tm intelligut eam vere: sed per-
uer. **Hu.** Iste g iustus prudente
se. **Hu.** tior factus est illis per
fidem christi: fideliter scripturas in-
telligens. Et qa iudei ex mandato
dei tpalia quesierunt. **I**deo non fu-
it illis in eternu;. **I**sti vero madau
dei dilectio eius manebit in eter-
num. cuius premiu est ipse dilectus
dñs christus qui **nic.** Et quia de
est eternus **nic.** sacra septu-
ra docet h' dupl'r. Vno modo ab
hoie perito in intellai sacre septure
Et in tal inoticia discipulis aliqu
trascendit mgem qz h; clarius inge-
num a diligentius exercitiu. sicut
contingit in pluribus. Et in psona
taliu dicitur. **S**uper omnes doce
tes me intellexi. **u** videlicet sacre scri

ptu veritatem. Cuius causa sub-
dit. **L**q; testimonia tua meditatio
mea est. **u** meditatio mea circa te-
stimonia tua o'tinue resaf quatu
huana fragilitas patit. **A**lio mo-
do ce' h' a deo sic edocti fuerut apli
de qb' dicit **Iero.** in epl'a ad **Dau**
lmū de oib' sacre scripture libris
Quicq; alijs exercitaco a quotidi-
ana in lege meditatio tribue solet
hoc illis spiritus sanctus suggererat
Et erant: fm q scriptum est: docti-
biles dei. **H**oc etiam modo fuerut
edocti plures alij sacri sicut de be-
ato **Francisco** a **Antonio** legitur a
pluribus alijs. **E**t iste modus se-
cundus sciendi est excellentior pre-
cedentibus. **P**ropter quod in pso-
na taliu s'bitur. **S**uper senes **p**
exercitium longi t'pis scripture no-
ticiam hñtes **intellexi.** ex diuina
inspiratione. **C**uius causa subdit
Lq; mandata tua exq'siui. **u** intelle-
duz v'boz tuoz a te mihi dari deuo-
ta oratione petiui. a dedisti in sicut
scribit **Sap. iii.** **I**nnocui a venit i
me spūs sapie **Sequitur.** **A**b omni
via mala. **q** ducit ad p'ditione **L**p
hi bui pe **hug.** **u** cogitaco'es a af-
des meos **hug.** **f**ed' q' promi sunt
ad malu ab adolecētia sic d' **Gen.**
vij. **U**t custodiā v'ba tua. **N**yc
u mada' negatiua q'lia sunt **N**o
occides. **N**o mechaberis. **N**o furtu
facies. a filia q' phibent malu **L**
iudicijs tuis. in lege diuina o'tentis
no' dedimauit: qz tu lege' posuisti in.
iero **L**ege; mandatoru a te sus-
cepi a statuisti q' si ab his
dedimare i e'no iudicio o'dimare

Mel et qz ex coctū obſuātia expe
ditat optia tributio delcans
aiā. **Jo** ſubdit. **Om̄i dulcia faucib⁹
meis eloq̄a tua: ſup mel ori meo.**
Os a fauces accipiuntur metapho
rice p viribus ſuperioribus anime
videlicet ratioe a intellectu anime:
quibus dulcedo celeſtiū in p̄nti ali
quo modo ſentitur a p̄gultatur a
p oſequens peccatum qd̄ eſt hui⁹
dulcedinis impedimentū oditur.

Jerō. Nam ſicut mel viſibile
amaritudines arceat no
ſtrum faucū: ita eloquijs domi
nicis amaritudines noſtroꝝ crim
num mitigantur. **M**andatis tu
is intellexi. **Rico.** videlicet dul
cedineꝝ tue retribuōnis ſm qd̄ di
citur **ſa. lxxiii.** Oculis nō vidit de
us abs te. a auris nō audiuit que
preparaſti diligenti⁹ te. **P**ropte
rea odiui omnem viā: iniquitatis
quia ipſa impedit conſecutioneꝝ
predicte dulcedinis a ſuauitatis

Liberna pedibus meis
Nun ^{di} ^{b⁹}
Sequitur xliij. caplm cui p̄
ponitur lra hebreorum. xliij. Nun
ambro que interpretat vni
cus. Ecce ipſe littere
hebreorum teſtificatur dominuz
Jeſum eſſe vnicū patris filium.
Hugo Cui fidelis populus at
tribuit bona ſua. d.

Liberna pedibus meis vbuꝝ
tuum. a ſcripturā euangelica
ē directio intellectu a affectui meo.
ne in tenebris huiusmūdi incedes
cadam in foueam peccōꝝ. a lumē

ſemitis **Rico** qz v̄bum tūꝝ
meis. **Rico** diuinū nō ſoluꝝ
dirigit in adimplendis preceptis
diuinis: ſed etiā conſilijs euange
licis que d̄ ic̄tur ſemite quaſi vie
ſtrictiores a magis compendioſe.
Qui autem ſic in dominicis prece
ptis dirigitur dicit quod ſequitur
Vraui a ſtatui. lib eſt firmiter
a ſine mutacōne diſpoſui. **c**uſtodi
re iudicia iuſticie tue. per quā iu
ſticiam peruēnit homo ad ſalutē.

hugo Et quia qui vult cuſto
dire iuſticiam plerūqz
multipliciter affligitur. **Jo** ſub di
tur. **h**umiliatus ſum vſqueqz
humiliacōne afflictionis quia vſ
quequaqz paſſus ſum multaz ad
uerſitatum **aug** Pro eo qd̄ ſta
pericula. **aug** tui. **c**uſtodi
re iudicia iuſticie tue. Et ne in tanta
humiliacōne ipſa fides deficereꝝ
ad didit. **domine viuifica me.** dan
do mihi patientiam. **ſm v̄bū tu
um.** de quo in alio pſal. d̄. **C**ū ipo
ſūm tribu

Conſequēt oſtē
lacione **nic** dit ſe in tribula
tionē non deficere ſi magis deum
laudare dicens. **U**oluntaria oris
mei. a ſacrificia laudis a me tibi
voluntarie oblata. **t**eneplacita fac
dñe. a ſint tibi **caſſ** Laudes in
acceptabilia **caſſ** otio exhibe
re: deo gr̄tiſſimū eſt. ſi in tribulacōne
ampli⁹ p̄baſ eximū. a p̄ datū qm̄
firmitas corpis dolore preſſa non
vincit. ſi tūc magis aia felix in dñi
laudib⁹ exiſtat. **Jerōn.** **L**a iudi
cia tua a mandata tua. doce me. a
vt ea intelligā. a impleā **A**nima

mea in malibus meis semper.]

Hugo Acti dicat Doce me obediē
mandatis q̄a anima mea
parata est semper ad suscipiendū
doctrinam tuam. et legem tuā nō

sum ob
meditans eam in
hinc.] **nico** corde: a exequēs
in ope. Et hoc probat osequenter
dicens. **Posuerunt peccatores**] v
demonos [laqueum mihi]] v dece
ptiones a ille

Cass In hac em̄
cebras seculi **Cass** mūdi filia
tot laqueos inuenis quot vicia cō
tueris. sed populo fideli nihil terre
nū preualere potuit q̄ se celesti cō
uersatione tractauit. vnde subdit.

La de mandatis tuis non errauī.
sed in eis perinasi p̄ gr̄am tuā me
preseruante[m]. **Reditate acqui
sui testimonia tua**] v tua p̄cepta
dealogi vt tibi obedias. in eternū.

Hugo **Causam subiūgit**] q̄
exultatio cordis mei
sunt. Et in hac exultatione. **Indi
naui cor meū**] vt humiliter serui
rem.] ad faciendas iustificationes
tuas] v opera bona que a te sunt

a iustificanti vt pote sunt opera mi
sericordie videlicet esurienti panē
frangere. nudum vestire. a similia
de quibus dicitur **Lu. xi. Date ele
mosinā a oia munda sunt vob.** Et

abdit in **Cass** **Nō q̄ in futuro
eternum**] misereatur q̄s
afflido. cū in illo regno nulla p̄tes
esse miseria. sed q̄ fructū v premi
um earum elemosinay sub eterni
tate recipiet. vnde subdit. **Propter
retributionem**] videlicet illay quā
adhuc sunt sancti. **Venite benedi**

cti patris mei percipite regnum.

Magna retributio que tamē de do
mini prouenit largitate: incolam
fieri regni perpetui: consortem be
atorum angeloy: patriam suscipe
re que semper delectet nec vlla pe
reginatione deseratur

Niquos odio ha

Bamech Sequitur capl'm
xv. littera. s. bamech. **Hugo** q̄
interpretatur audi vnde admone
mur vt diligēter aurem vrbis audi
amus a consideremus q̄ de odio im̄
quoy dicunt hoc mō

Niquos odio habui] non inquatū
sunt hoies. q̄ sic sunt diligendi. iu
pta illud. **Diligite inimicos vros.** s
inquantum sunt peccatores odiendi sūt
videlicet vt odio habeam' in eis vi
cia: a ame

iero **La legē tuam
mus naturalē**] dilexi] q̄a q̄s
precepisti: ope impleui. Et q̄a ad
hoc requiritur auxiliū dei. **Et subdit**

Aug **Adiutor**] ad bona fa
cienda. a susceptor me
us es tu. ad mala euadenda. a in
verbū tuū: v filij tuū. sup̄pera
ui **Psol** id est super omnes i
ipso speravi. quia in eo beatam vi
tāz promissisti abrahe a semini ei
id est omni fidem eius imitanti

Hugo **Edmāte a me ma
lignū.** tam vos demo
nes q̄ pueri homies. a scrutator.
meditans o. mādata dei mei. demo
nes enim suis pessimis suggestio
nibus. a peccati homies contentio
sa si mper malignitate impedū

te ne studio a oratione possis seru-
tari dei tui. **S**i si uolueris
mandata **Iero.** penitentiam a-
gere segregari habes ab illorum co-
sortio a dicere domino **Dugo.**
Suscipe me secundum eloquium tuum. id est
secundum promissionem tuam. **Et uiuam.**
vita gratie in presenti. a vita glorie
in futuro. **Nico.** **me.** uene me a fun-
di permittas in frustratione spei
mee. **Ideo** subditur. **ab expectacione**
mea. **S**pes est certa expectatio fu-
ture beati. **Cass.** Beata enim est ex-
titudinis. **Expectatio:** ubi cer-
ta est promissio. **Expectatio** itaque san-
ctorum: est celorum regna angelorum
et consortia promereri. et quod super-
tuum est ipsius iugiter videre qui
in beatorum corde solus semper dul-
cescit. **Hug.** **Et** quia homo non potest
te propria **Ideo** subditur. **Adiu-
ua me.** contra inimicos qui me vo-
lunt perdere. **a saluus ero.** In anima
a meditato in iustificationibus tu-
is semper. **Et** quod diuina memoria
tenebo qualiter me iustificaueris
Nic. **Et** quia peccatores a spe dicte
beatitudinis defraudantur
Ideo subditur. **Preuisti omnes**
discedentes a iusticijs tuis. **Cas-**
sio. **M**am cum sit iustificatio pec-
catorum: mentis pura confessio. me-
rito superbi spernuntur a domino qui
se tali remedio sanare despiciunt.
Abdit: quod **quod iniusta.** **Et cogitatio**
eorum. videlicet uelle peccare. a iustif-
fimo iudici nolle satisfacere. **Meri-**
to igitur tales ab absolutionis gra-

submouentur qui totiens moniti:
hic pio domino satisfacere contempse-
runt **Nicol.** **Propter** quod ab-
narricantes reputauit omnes pecca-
tores terre. id est dedimantes a le-
ge naturali. vel a lege moysi data.
Ideo dilexi testimonia tua. id est
legem gratie que recte facit incede-
re per uiam ueritatis a iusticie. **Et**
quia carnis petulantia id est furi-
ens luxuria frequenter impedit gra-
tiam in hac uita **Ideo** subditur. **Non**
fige timore tuo carnes meas. id est
mortifica in me omnes motus car-
nales. **a iudicijs enim tuis timui.**
in quibus totum mundum fumer-
fisti aquis diluuii propter peccatum
luxurie. **Omnis enim caro corrupe-**
rat uiam suam. ut habetur **Genes.**
vi. **Et** **zodoma** cum alijs quatuor ci-
uitatibus igne sulphureo succubi-
sti propter enormitatem luxurie ut
habetur **Gen.** **xix.** **Et non** solum
rum iudiciorum consideratio. uerum
etiam futuri iudicii recordatio con-
figit meam carnem. motus eius il-
licitos reprimendo timore casto at-
que perfecto. qui non tamen habet ante
oculos formidine; uindictae sed re-
frementer etiam metuit amissionem
gratie in qua fidelis uiuit per quam
omnis reficitur christianus. **Con-**
figi ergo se populus fidelis timore
domini deprecatur ut moriendo ui-
uat qui prius male uiuendo mori-
ebatur.

Heci iudiciū

Ayn Sequit̄ ca
pituli. xvi

ai p̄ponit̄ lra. xvi. f. Ayn.

Ambro que interpretat̄ oculi
lus vel fons. Dum
autem bona p̄uidem⁹ a agimus fit
nobis oculis cordis fons iusticie
quā se p̄plus fidelis auz p̄rimo iu
ste viuendo fecisse testatur: dices.

Heci iudiciū **Hugo** discernē
cium. **Hugo** do bonuz
a malo. La iusticiā p̄rimuz nō le
tendo. Non tradas me.

Rico ne tradi me p̄mittas
calūmantibus me. De
monib⁹ m̄hi semp nocere q̄renti
bus. Valeret enim ad dīdū auxiliū
impetrādū obsequiū dō p̄stitum
q̄d allegatur cū dī. Uscipe ser
uū tuū in bonuz. sc. p̄fectionis tue
vt p̄tē bonus dñs a p̄ionus. Nō
calūniētur a false acūsēt me su
p̄bi a spūs maligni qui sunt sup
bissimi. Vñ de dyabolo Job. xli.
dicitur. Ipsē est rex sup omnes fili
os superbie. **O** Culi mei defecerūt
in salutare.

Hugo vi cristuz.
tuum. **Hugo** Ac si dicēt
Ve a moribus calūnantū non le
dar: serpentē enūz a xpm̄ pro me
suspensum icessanter cōsidero: sicut
Rume. xxi. p̄figuratiū est. La in elo
quū iusticie tue a i verba euāge
lica ip̄si xpi p̄ quē iusti efficiamur
sicut dicit Apo⁹. Iustificati gratis
in sanguine ipsius sumus.

Rico La ac ai seruo tuo fm
misericiā tuā sup

plendo defectū meū p̄ tuā grā. Let
iustificatiōes tuas doce me vt pos
sim eas itellectū cape: a ope imple
re. Ad hoc allegat rōnez cum s̄bdit
Seuus tuus ego sum a ideo te
neoz implere mandatū tuū. q̄d nō
possum: nisi itelligā ipsum. Idē
m̄hi itellectū vt sciam testimoniā
tua a sic adimplere valeaz ipsa.

O Empus faciendi dñe. q̄si dicat
Non differas m̄hi itellectū dare:
quā tēpus est dandi. Cū⁹ causa
sub dicitur. Dissipauerūt legē tuā
puerse eā exponēdo: vt iudei a here
tici. neq̄ eā recipiēdo vt pagani:

atq̄ eā trāsgrediendo vt mali chri
stia. **Call.** Et q̄ntum legē domi
ni. **Call.** dissipauerat neq̄ hā
da p̄sumptio: tantū deuotus popu
lus ad mādata eius festinabat im
plenda: dicens. **Deo dilexi mā**
data tua veraciter itellecta super
aurum a topazion.

Iero. Sicut enīz aurū cunctoz
metalloz p̄cellit preciaz
ita topazius omnū gēmaz i se cō
tinens pulchritudines: omnū v̄n
cit honores. Et ideo fidelis p̄plus su
per hoc iā dei mandata diligit.

Cal. Topazion vero sic quidā
seribere volūt genus est la
pidis: q̄ntū inuētiōe rarū: tantūz
merciū q̄ntitate p̄ciosuz: qui duos
fertur h̄is colores. vnū aureū pu
rissimū. et alterū et h̄rea claritate
relucentē. **Lampat** enīz cum solis
splendore p̄cutit̄ oim̄ gēmaz supe
rans p̄ciosissimas claritates. i aspe
ctū suū singularit̄r puocans ocul
loz cupidissimā voluptatē. **Quaz**
S v

si polire velis: obscuras. si nature
appie elinquas: irradiat. **De** ipis
regib⁹ esse ferē mirabilis: vt mē su
as diuitias nihil sile possidere co
gnoscant. **P**rido. h^o. et h^omol. Inue
ta est p^omo in arabia insula in qua
tragodite p^odones fame et tēpesta
te fessi cui; herbaz radices effo de
rent: erū erūt. q̄ insula postea q̄ sita
nebulis coopta: tantē a nauigan
tibus est inuēta. sed ob hoc locus
a gēma nomen ex causa accepit.
Nam topazim iuxta tragoditarū;
linguā habet significatiōe quere
tis. Est autē amplissimā gēma rū.

Cal de qua non sunt multa di
cenda: ne qd scriptura di
cit esse contemptibile: nos de sidera
bile affectata laude faciamus.

Aug⁹ Cum vero ipsa mādata
diligūtur sup aurū a la
pide preciosū multū: ois pre ipis
mandatis terrena vilis est merces
nec vlla ex pte q̄nq; alia bonis
bona comparantur his bonis qui
bus homo fit bonus.

Hugo Et p^otea inq̄t: sup au
rum a topazion a si
per omnes mūdi diuitias mādata
tua dilexi. **P**ropterea ad oia mā
data tua dirigebar. vt ea ob cele
stem mercedē recta intentōe imple
rez. a p^ose q̄ns Omne viā iniquā
videlicet ad peccatum deducentem
loodio habui.

Mirabilia te
Phe Incipit ca
pi. xvij. cui
p^oponit lra hebraica

xvij. vij. **Phe**. q̄ itē p^ota^o os apū.
Mico Descriēs em̄ p^ophā i h^o
caplo vite cōtēplatiue
sblimitate apuit os suū: dicens.

Mirabilia. Circa qd sciendū
q̄ ascensus cōtēplatiōis p^ohice
incipit ab admiratiōe: s^om q̄ dicit
p^omo metaphisice ppter admirari
ceperūt hoies philosophari. **V**idē
tes em̄ esse d⁹ nature mirabiles vt
choruscatoēs: fulgura: terre mot⁹
a similia: ceperūt causas p^oscutati
a sic p^ohari. Et eodē modo ad subli
mitate t^orologice cōtēplatiōis s^o
di doctores: vt **Iero⁹**. **Aug⁹**. a simi
les ceperūt ascendē ex admiratiōe
q̄ vidētes sacras scripturas mira
biles: o^ofidētes de diuino auxilio ea
rum intellēdū sanū inquirē ceperūt
a deo adiūate reppererūt. a q̄ntūz
ad hoc dicitur. Mirabilia testimo
nia tua a mirabiles sacre sc^opture.

Iero q̄ vidi in his aliud p^ofer
ri: a aliud figurari. Ideo
scutata est ea anima mea.

Mico querendo eam̄ itellēdū
in tui adiutorij o^ofidētia
Et q̄ vna scriptura itellēdā aperit
viā ad aliā itellēdā. **I**d sub
ditur. Declaratio s^omonū tuorū
scriptorū i lege a p^ophetis Lillumiā
a itellēdū dat. vij. i euāgelij vbi
ipsoz s^omonū plena fit declaratio.
Lpuulis. i christiāis: de quibus
dicit saluator **Mat^h. xi.** Cōfitebor
tibi dñe pater celi a terre: q̄ absco
disti hęc a sapientib⁹ a prudentib⁹
a reuelasti ea puulis. **E**t q̄ cogni
tio veritatis excitat appetitū ad am
plius cognoscendū. **I**d subditur.

Lo S meū aperui] & intellectus ex
tendi ad capiendū verbū dei: qd
est cibus anime. Vñ intellectus dicitur
hic os aie: sicut in animalibus os
dicitur illa pars corporis p quā cib⁹ ac
cipit. q̄ attraxi spm̄] .s. intelligētie
quī datur desiderātib⁹ eū. Idē s̄
dicitur. q̄ mādata tua desiderabā] .
scire a factis. **Hugo** idē est argu
ere. mentum q̄
ppter desiderū dat homi gratia. ex
hoc desiderio accensus subiungit.
Aspice in me] aspici p̄destinati
onis. q̄ miserere mei].

Rico eleuādo intellectū meū
ad capiendū veritatem
trāscedēte; intellect⁹ mei facultatē.
scdm̄ iudiciū diligētū; nomen tu
um] .s. sicut iuste dīspōsūm̄ diligē
tib⁹ te facere. q̄ sicut dī sup. vij.
capl'm celestis hierarch. Vbi co
gnitio foris stat dilectio intrat. Se
qui **Hugo** l. Gressus me
os] .s. motus et
volūtates aie mee. dirige s̄; eloqu
tiū] .s. vt recte viuā s̄m̄ iusta q̄ pa
pis. q̄ non dūct mei ois iniusticia]
p̄m̄ p qd̄ iniuria fit deo. et ideo
amittit hēditas etna q̄ tenet ab eo

Aug⁹ Quid ergo aliud orat:
nisi vt p̄cepta q̄ de⁹ im
pōit iubendo impleri faciat adiu
uando. Redime me a calūnijs ho
minū] .s. a falsis criminatōib⁹
quas mihi hoies imponūt.

Hugo vt custodia; mā da
ta tua] q̄ m̄ lib⁹ et
cōtentiōib⁹ non possunt custodi
ri. Facie tuā ihu] **Aug** ma
sup suū tuū] **Aug** festa

sbuenēdo tuā p̄ntiaz. q̄ doce me]
p illuminationē; gratie tue. iustifi
cationes tuas] vt faciā eas: quod
euidētius alibi legiē. Doce me facē
volūtate tuā. Recolens autē iste do
lorem penitentie preuaticatiōis sue
consequēte subdit: dicens.

Hugo Quitus aquarū de
duxerūt oculi mei] .s.
oculi mei p quos intrauit i me pec
catū corde iterius strito eduxerunt
lacrimas. q̄ non custodierūt le
gē tuā] .s. iusticias hui⁹ seculi attra
hen. **Cast** dignū ergo est vt p
do. illos culpa mundeat:
p q̄s a excessus admittitur.

Iero Vera est em; p̄m̄a iugit
fletibus cōmissa diluere
a abluta non iterare.

Vultus es domine.

Sade Incipit. xvij. capl'm
qui preponit lra. xvij
.s. Sade: que interpretat consolatio:
q̄ recte post fletū sequit. Vñ popu
lus fidelis q̄ p fletū; in se punit
peccatū deū: qui penitētib⁹ v m̄ a
pmitit iustū esse dōnūciās: ait.

Vultus es dñe] qui peccato
res punit. Et rectum iudici
um tu **Cast** quo iubes peccato
um. **Cast** res se affligere vt
eos tua debeat medicina saluare.

Rico Quandasti iusticia;] .s.
p̄cepisti legē tuā] .s. iu
sticiā cōtinentē. q̄ testimonia tua]
in ipsa lege cōtenta. q̄ veritate tuā]
v veritate; legis tue. l'mimis] .s. v al
de: supple custodiri. Et quia dolet de
S. ij.

transgressoribus legis. **Ite** subdit
L. Abesce] vliquesieri] me fe
cit zelus meus] quez habeo circa
legem. ppter hoc] quia oblii sunt
verba tua inimici mei] facientes
contra eaz ac si eam pro nihilo re
putarent. Et omnes tales reputat
psalmista inimicos suos. qz sunt
aduersarij veritatis. **L. Gnitum**
eloquij tuum **vehementer**] quo in
flamat ad amorem diuini; qz pro
prie dicitur zelus eo qz est amor
singularis. **L. osertus tuus dilexit**
ihud] quia hoc sciebat ad remedi
um humani generis attributum.
Sequitur vox populi christian. **L.**
Adolescentulus sum ego] respu
populi qui pcessit a principio mu
bil. a contemptus] quia in ecclesia
primitiua fuit populus christianus
multum afflicus et despectus a ty
rannis. **L. iustificationes tuas non**
sum oblitus] quia ppter confesio
nes et afflictiones quas sustinuit a
fide catholica non recessit. **L. Vsti**
cia tua iusticia in eternum] quia
iusticia que est per fidem ducit ad
eternitatem beatitudinis. **L. a lex tua**
veritas] quia nullam potest conti
nere falsitatem; ppter quod non so
lum dicitur vera; sed etiam veritas
in abstracto; ad denotandum veri
tatis puritatem. **L. Ribulatio et**
angustia inuenerunt in me] in tyra
norum persecutone. **L. mandata tua**
meditatio mea est] Meditatio em
legis diuine prebet constantiam in
aduersis. **Ite**] qz quis tribule
tur in vinculis. vox semp libera dei

mandata meditate assidue. **L. Qui**
tas testimonio tua in eternum]

Nico. Tantam emz equitate
continent qz no solum dicitur
tur equa in concreto; sed equitas
in abstracto. **L. intelledu da mihi**]
ad cognoscendum ea et opere adim
plendum. **L. a viua**] vita gratie in
pnti; et vita glorie in futuro.

Quamau i to
Caph. Sequit ca
pi. xix.

Hugo cui preponit. p. lra
Caph. que interpra
tur confusio. **Vnde** populus fidel
ne temptationibus conuersus sic
cumbat; ad dominum asserit se da
masse; dicens.

Quamau i toto corde] hoc est
intelledu et affectu feruenter
et deuote. **L. exaudi me dne**]

Caf. In sola emz religiosa co
gitatione totus debet spi
ritus occupari; ne mens diuisa ef
fectum nequeat impetrare quem
postulat. **Aug** Tunc poro in to
to corde damat;
quado aliunde no cogitatur. **Tales**
orationes rare sunt multis; crebre
paucis. **Clamor** qui fit ab homini
bus ad dominum; si sonitu vocis cor
poralis fiat non inteto in deum cor
de; quis dubitet iam te fieri. **Si au**
tem fiat corde; etiam silente corpis
voce; deum non latet. **Sic** ergo ai
voce carnis quado id opus est; siue
cum silentio ad deum oramus. cor
de damandus est. **Qui** autem rei p
ficiat iste clamor sequenter de da

rat: di
cens. **Hugo** Justificationes
tuas. i. mada
ta tua que suos operatores iustifi
cant. requi
ram. **Aug** Ad hoc emz
damauit in
toto corde suo: a hoc sibi desiderauit
a dño exaudiente prestari: vt iusti
ficationes eius requirat.

Hugo Non solū ad sciendū
eas: sed etiā ad ipas
opandū: Lamaui ad te. Repe
titiō clamoris nota ē magne deuoti
onis. Saluū me fac. salute gracie
in pñti. vt custodiā mādāta tua
que conferūt vitam beatam. iuxta
illud Matth. xix. Si vis ad vitā in
gredi: serua mandata.

Rico Reueni in maturita
te a clamaui. q̄i dicat.
Iste clamor festin⁹ non pcedit ex
impetu passionis: sed ex deliberati
one rationis. La in verba tua sup
speraui. i. plus q̄ in verbis alioꝝ
quorūcūq; q̄ verba tua falsitate
non possunt cōtinere. Reuene
runt oculi mei. i. intellect⁹ a affect⁹
La te dilexulo. i. a tempe iuuen
tutis. vt meditarer eloquia tua
que sunt a tempe iuuentutis medi
tanda. Et q̄ oratio talū debet exau
diri. Ideo subditur. Ocem meā
audi fm misericordiā tuā dñe.

Call. Intelligam⁹ nihil presu
mendū esse si aliquis no
bis p dei grāz p̄speritatis ariserit:
quādo ille qui vncēs etate puerili
bus annis clamauit: dicens. Vocē
meā audi fm misericordiā tuam.
Non habz q̄s cōtra p̄tā sua confi
denter obijciat: s̄ illam tantū mise

ricordiā petit que ex miseris btōs
facit: ex captiuis liberos: ex mor
tuis viuos: ex temporalib⁹ sempit
nos. Sequit. La fm iudiciū tuū.
quo supplicantibus parās: quo se
damnantes clementer absoluis.
Vinifica me. lumine tue gracie q̄
mortuus sum lege peccati.

Hugo Et possit aliquis que
rere. cur ita clamas.
Et m̄det q̄. Appropinquerunt
persequentes me iniquitati.

Rico i. appropinquerūt mī
hi psequētes me iniq̄.
La lege autem tua longe facti sūt.
que phibet p̄secutionē innocentium.
Prope es tu dñe. in hi tri
bulato ad me seruanduz fm bene
placitū tuū. La omnes vie tue veri
tas. ac si dicat. Sine dimittas me
in tribulatione: siue liberes: totū
facis iuste. Deus aliquādo suo iu
sto iudicio p̄mittit innocentes tri
bulari ad augmentū suū meritū: si
cut patet de sancto Job a alijs.

Aug Querī autē pōt quō hic
dictum sit Omnes vie tue
veritas. cum in alio ps̄. legit Vni
uerse vie dñi: misericordia et veri
tas. q̄ a m̄ iudicandū subuenit at
q̄ ita non deest misericordia: a mi
serando id exhibet q̄s p̄misit ne ve
ritas desit. Erga omnes autē a q̄s
liberat a quos damnat: omnes vie
dñi misericordia et veritas. q̄ vbi
non misere tur: vmbide veritas ex
hibet. Multos quippe imeritos li
berat. imeritūz aut neminē dānat.
Sequitur. Proditio. ab illo. s̄. t̄. p̄.
re quo īcipi testimōia tua intelligē

racia sunt: a neminem fallunt qui
bus pronuntiat vita iusto: et pe
na imi. **Hugo** Sicut enim pmit
tio. **Hugo** tis: ita fit. a sic
p dicitis: ita euenit. Quoniam in eternuz
oia iudicia iusticie tue. qz snta dei
in extremo iudicio de gloria bono
ru: a pena reproboz stabit in eter
num: sicut qz dicit **Matth. xxv.** **Hunt**
hi in igne eternu: iusti autem in vi
tam eternam.

P Rincipes p
Ben. Sequit ca
pitul. xxi.
cui pponit lra. xxi. s. Sen. qz interp
tat sup vuln: p qd intelligit tribu
latio: de qua subdit: dicens. L

P Rincipes psecuti
me gratis. **Mico.**
demonos de quibus dicit ad Eph.
vi. Non est nobis colluctatio adu
sus carnem et sanguine: sed aduer
sus pncipes a ptates tenebrarum
haru cotra spualia nequicie. Let a
verbis tuis formidauit cor meuz.
qz homo qntu cu qz iustus timore co
nute: ne fiat trasgressor legis dme
si ab utruqz contemlatio affert solaci
um. **Ite** subditur.

Hugo Stabo: ego inter
teptatoes a psecutio
nes. sup eloquia tua meditando
ipsa: ac me consolantia: ac mihi co
rona si uicero pmittentia. Sicut qz
inuenit spolia multa.

Mico. Cuius gaudiu duplica
tur. s. de obtentu uictorie
a de prede magnitudine. Sic contem
platiu delectat de uictoria otra ho

stes qua hz i spe. a p ose qns de ob
tentu glorie future. qz sps est certa
expectatio future bntu dimis. Et qz
amor vni? cotrarij inducit odium
alteri? a eco uerso. **Ite** subdit. L
Iniquitatez odio habui a abho
minat? sum tanq qd vile. l legez
autē tuā dilexi tanq quid vtile et
honorabile eā iugiter meditando.
Et qz ex hoc pūpit homo in laude
dei. **Ite** subditur. L **Septies** i die
laude dixi tibi. in septē horis cano
nicis. sup iudicia iusticie tue. i osi
fido oia opa tua iusta: qz sunt que
dam executiones iusticie tue laten
tis in tua. **Hugo** Mos enim re
ligiosis ē se
pties dño deatate laudes. **Primo**
viz laudes matutinales sūmo dilu
culo: in memoria dñice resurrectio
nis: qz fuit valde mae. **Postea** pri
maz. qz tūc xp̄us tradit? fuit pila
to. **Deinde** terciā. qz tūc iudei dama
uerūt. **Crucifigat** **Postea** sextam.
qz tūc fuit cruci odauat? **Deinde**
nonā. quia tūc expirauit. **Postea**
respas. quia tūc posuit? fuit d cruce
Postremo opletoriū. qz tūc sepul
tus fuit. **Collect.** Sicut i memo
ria: dñice pas
sionis et humane redemptōis ab
ecclesia septies dño laudes psoluū
tur. **Et** quia vita contemplatiua est
quieta respectu adiuē qz habz labo
rem anexū. **Ite** subditur. **Pax**
multa que consistit in puritate osci
entie est **l diligētibz legē tuam.**
quia ex tali **Mico.** iugiter medi
tatione **Mico.** tantur sacraz
scripturā. La nō est illis scābali.

Et tanta occasio tuendi in peccatis
sicut a diuini qui frequenter hnt ma-
teria; tribulationis. ppter qd dñs
dixit **Lu. x.** Martha martha solli-
cita es et turbaris erga plurima.
Et sequit. **Maria** optimā pte; ele-
git Et qz vita dēplatiua perficit in
patria. **Ido** subditur. **Expecta-**
bam salutare tuū dñe et claritate;
visionis tue et fructūis eterne. Et qz
ad hoc puenitur p obseruatiā mā-
datoꝝ dei: s̄m dicitur sabra toris
Mat. xix. Si vis ad vitam ingre-
di serua mādata. **Ido** subdit. **Et**
mandata tua dilexi et diligenter
obseruando; per que salus acquirē
eterna. **Vnde** puerb. iij. **Precepta**
mea cor tuū custodiat. longitūdi-
nez em̄ dieꝝ et ānos vite et pacem
apponēt tibi. Et idē. **Ustodiue**
aia mea testimonia tua et sacras
scripturas p iugē memoriā in cor-
de: et p efficiētiā in opatōe. et di-
lexit ea **vehementer** corde et opere
Et **eruaui mandata tua** de deo et
p̄ximo diligēdo. In quib⁹ duob⁹
tota lex pendet et p̄p̄te **Mat. xxij.**
qz ad ipsa oia alia mādata reduci-
tur. **Et** **sicut dilexi** **testimonia tua**
et sacra eloquia scripturaru.

Rico. Quā causa obseruatiōis
subdit. **Et** **omnes vie**
mee in **aspectu tuo** et oia facta: di-
cta: et cogitata mea patēt **aspectu**
tuo. qz monēt hōiem ad tue legis
obseruantiā. ppter qd dicit **Boeci⁹**
v. de cōsolatiōe. **O** viri magna est
vobis indicta necessitas pbitatis
si dissimulare non vultis: qm̄ agi-
tis ante oculos iudicis cūcta carne

et dēplantis. **Vnde** puerb. xvi
Omnes vie hōim patēt ocul⁹ eius.

Appropinq.

deprecatio me. in con.

Thau. Sequitur capitulu;

Hugo cui preponit lra vlti-
ma videlz **Thau.** q̄ i-
terptat errauit. **Popul⁹** itaqz fide-
lis q̄ olim errauit: modo se appro-
pinqare deo fatetur: dicens.

Hugo **A**ppropinqet
deprecatio mea i
aspectu tuo dñe. et oratio mea que
fit in aspectu tuo dñe appropinqet
tibi **iuxta eloquiū tuū** et s̄dm p-
missuz tuū. **Da** mihi **intellectū** sic
i alio ps̄. dixisti. **Intellectū** tibi da-
to et instruam te in via.

Iero. Ac si dicat. **Proximam** ti-
bi fieri orationē meā dēp-
cor dñe: vt a te **intellectū** capiens
nihil aliud nisi q̄ qd oportet exo-
rem. **Intret** **postulatio** mea in cō-
spectu tuo dñe: s̄m **eloquiū tuū** cri-
pe me **in** **periculis** temptationū.

Rico. Repetitio est s̄m̄e p̄misse
desiderium petitionis sue.

Hugo Consequē ondit q̄liē
p̄pls fidelis petat sibi
dari **intellectū** et eripi a malis: di-
cēs. **Quaerabūt** et de pleno cor-
de p̄soluet tibi **labia mea** p̄nuz
et laudes **ca** **docueris** me iustifica-
tiones tuas et precepta tua: vt ea
intelligā et ope impleā: et sic edocē?

Pronūciabit lingua mea eloq̄

um tuum] ex caritate docendo pxi
mu]. Lqz oia mandata tua] suple
sunt equitas] & equitate plena.
hoc est quicquid precipis: est equu.

Rico Et qz talis doctrina non
est efficax sine speciali
adiutorio dei s'm qz dicit puerb. xvi.
Homis est animu preparare: s' dei
est gubernare lingua. Iteo subdit.

Hugo Fiat manus tua] &
filius dei xpus dñs per
que deus pater fecit secula: fiat mi
hil in auxiliu. Vñ alia editio ha
bet. fiat mihi manus tua auxilia
trip. Ut saluet me] & dirigat lin
gua mea in docedo ad mea a alioz
salute. qm mandata tua elegi.] pre
oibus t'palibz ad meditandoz ea:
atqz opandua docendo. & ad hoc
mouet me amor eterni premij.]

Quia cupimus salutare tuu dñe]
& eternam salutem. La lex tua me di
tatio mea est] eo qz dirigit me ad
consecutionem huius salutis. Et quia
ad hoc sequit augmentu gree i q est
spualis vita. Iteo subdit.] **Q**uere
aia mea] vita gratie in pñti & vita
glorie i futuro. La laudabit te] hic
et in futuro.

Hug. La iudicia tua]
turo. & flagella tua
quibz in pñti iudicas: discernendo
filios a non filiis. qz filios flagel
las. non filijs parcis. & hec labiuua
bunt me. Im futuro si p ea i hac vi
ta fuero purgatus. Sequit.] **R**
raui sicut ovis que perijt.]

Rico hoc non videt intelligi
de errore in moribz. qz
statim subdit. mandata tua non su
oblitus. sed de errore s'm comunez

modum loquedi hoim mundano
rum. **A**d cuius intellectum scienduz qz
ovis dicit errare quoniam segregat se a gre
ge. hoies autem tendentes ad pfectio
nem contemplationis segregant se
a comuni habitatione hominum ut
libere possint vacare contemplationi
diuine. et tales ab hominibus mun
danis reputantur stulti & huic seculo
pediti. Vnde religiosi mundo mortui
diant. Et s'm hoc dicit psalmista
in psona contemplatiui. Traui sicut
ovis que perijt: quoniam ad reputa
tionem mundanoz. Et quia refu
gentibus amore dei humanu con
fortium: conceditur diuinum s'm
illud Osee. ij. Ducam eum in solitu
dine: & loquar ad cor eius.] **I**teo sub
dit. Quere seruum tuu dñe] eu interius
consolando. Lqz mandata tua non su
oblitus] terrenis interedo p amo
rem: sed celestia appetendo. ad quod
tendit mandatoru tuoz obseruatio.

Cassiodoro Amplectens fu
auiter omnino
psalmus qui tali confessione finit
est: plenitudine magnus: admiratio
ne profunditatis oceanus: excel
lentium rerum amenitate paradisi
sus. quem virtutum floribus orna
tum per alphabetum hebreorum
fidelis populus cantauit. Vidimus
enim eius sententias quasi stellas
clarissimas in altissimo celo collo
ca.]

Hugo Ram non facile
tas. quis versutus
iuenit in quo non aut vias: aut man
data aut iustificationes: aut iudi
cia: aut eloquia: aut sermones do
mini habeas: aut etiam aliquid tale

quod equipollenter valeat.

Cal. Est enim et hic psalmus in
quibus ad ecclesiasticam disciplinam
pertinet: populus fideliter cantauit.

Hiero. Nos qui dominum supplices de
precemur ut iudiciorum eius
factores: mandatorum custodes: testi
moniorumque scrutatores effecti: sacris
humeris benigni pastoris ad ouile
dominicum reportati: sanctorum angelorum me
reamur consortijs adiuuari per domi
num nostrum Iesum christum. cui est ho
nor et gloria in secula seculorum. Amen.

Psalmus. Cix.

Ad dominum cum
tribulaber. Titulus.
Canticum graduum 88.

Rico. Dicit quidam uir laicus quod
david precepit Salomo
ni edificare templum: et tradidit sibi
descriptionem templi et porticum: et per
sequens graduum: ut habet in Paral.
xxviii. Et quod fecit istos psalmos. hunc uir
et quatuordecim sequentes ad decantandum
in xv gradibus dicti templi.

Calli. Terrena siquidem illa fa
militudinem gestare uidebat. Qua
propter cum gradus audimus in psal.
non terrenum aut corporis gressibus
subeundum nobis aliquod suspicemus
sed mentis accipiamus ascensum. Ideo
enim premissus est canticum: ut hoc poti
us ab anime puerum applicare de
beamus de ascensu spirituali.

Hugo. Sed uidentur quod sit iste
gradus: quod ascensio: gradus

um. unde fit ascensus. et a quo. et quod. a
ubi. a per quem. Gradus in hoc loco sunt
puerum uirtutum in quibus solus beatus
cum ascensus est. de quo in alio psalmo. dicitur
Iherosolimita sancti de uirtute in uirtute: in
quibus sola caritas mouet pedem. Qui
plus diligit: plus ascendit hos gra
dus. Ascendit uirtus iustorum. ubi. in cor
de. quia ascensiones in corde disponit.
Quo. a minore uirtute ad maiorem.
Ad quod. Ad deum uidentur a diligendum.
Ubi. in corde. Per quem. per christum.
Unde. a ualle plorationis.

Cal. Nam istos gradus ascendere
nostris prostrati domino iugiter supplice
mus. Primus itaque gradus uirtutum
inchoat in hoc psalmo. in quo propheta eterna
uita derelinquens: offensione lacrima
bili petit se de mundi istius tribulatio
ne liberari: dicens. L

Ad dominum. **Hugo.** qui omnipotens et be
nignus est. L. cum tribulaber. Sugge
stionibus demonum: linguis aduersan
tium: et miris persecutorum. L. dama
ni. corde: ut Susanna Daniel. xiiij.
L. et exaudivit me. L.

Callio. Inspice quod sit pulchre
rimus ordo uirtutum.
Primum posita est tribulatio. Secundo
exclamatio. Tercio exauditio. ut per
ordines certos ad deum ostet uota per
uenire fidelium. Exauditur ergo omnis orat
dicens. L. Omnia uerba animarum mearum a la
bijs meis. L. me deridentibus. L. a lin
gua dolosa. L. quod sibi specie homini consue
dit. Ecce qui mundum uitio
abominatione ceperat deserere:
prima fronte uersionis iniqua la

bia patitur: dum eius propositum sceleratis oblationibus irridetur. **Dicit** enim ei ab iniquis. **Quid** te crucias aut seculi honores fugias: a istum modum probas nec ibi ad quod desideras aliquam pervenias. **Postquam** illa minus valuerunt: tunc suasores ad dolosa blasmata se convertunt: dicentes **Nolite** ieiunio fatigari: restat tempus ieiunio cui ista facias. **Qui** cum se putant loqui pro corpore salute anime noscitur omnino perire. **Jero.** Deum dominus animarum adterre. **se** fideliter clamantem interrogare pietatis affectu dignatur: dicens. **Quid** dicit tibi aut quod apponat tibi ad linguam dolosam. **Hugo** ac si dicat. **Quid** poterit tibi dari auxilium: aut consilium: aut remedium quo muniaris contra linguam dolosam: quam inimicus sua det vel deterrendo philet. **Rursum** dicit anima iusti vel dominus sue interrogationi: dicens. **Agitte** et verba sacre scripture que sunt potentis et visus dei omnipotentis que sagitte sunt. **Acute** quia verba sacre scripture penetrant usque ad cor: sic dicit **Apo.** ad **Heb.** iij. **Vivus** est dei sermo et efficax et penetrabilior omni gladio anticipi. **Hec** verba sacre scripture dantur tibi in munimentum contra linguam dolosam. **Aug.** Et quod parum est verbum agere contra linguam dolosam. **Idcirco** etiam exemplis agendum est. **Unde** **Hugo** [cum carbonibus] subdit. **Hugo** [desolatorius] vel vastatorius et cum exemplis sanctorum ad vitam gratie conversorum: que aliquando mali fuerunt et postea multum profecerunt virtutibus: ut **paulus** et **matthe**

us **magdalena** **dauid** et alij multi. **Sanctorum** exempla carbonum desolatorij dicitur sunt: quia inflamant nos ad amorem dei quod in nobis dyabolus destruxerat per peccatum. **Hec** desolatorij atque devastatorij dei ad invicem gratia sentia. **Aug.** Erant in nobis multum te carnales cogitationes: seculares multi amores: ipsi videntur carbonibus desolatorij ut fiat parvus locus desolatus. **In** cuius loci puritate faciat deus edificium suum. **Exempla** ergo multorum iniquorum qui conversi sunt ad deum carbonum dicitur sunt: sagittis verborum dei accensi et reuiuificati sunt.

cens. Custodia matutina vsqz
ad noctē. v a mane iuuentutis vsqz
ad noctē mortis v vsqz ad terminū
hui? vite speret isrl. v populus
christianus: non in felicitate a p-
speritate seculi: neqz in transitorijs
sli dño. misericordiā ab eo patie-
ter expectando. Cuius ratione: as-
signat: dices. Via apud dñm
misericor: **Calliodo** que po-
dia. **Calliodo** test ex

pueris facere pium: ex mortali in
 mortales: et ex carneo angelis simi
 les. **Ad**didit etiā. **L. et copiosa apud**
eu; redemptio Iai? p̄ioso sangui
 ne totus mūdus redēpt? est. **L. et**
ipse redimet p̄rio sāguine [isrl.]
 et p̄l'm fidelez qui credit in eū fide
 non fidat ex oībus iniquitatibus
 eius. **Iam** mortali? q̄ venialibus
 peccatis. **De** p̄fundo quidē p̄s. iste
 fecit inciū: s̄ ab altitudinē magnā
 fecit sinez: velut sol p̄uect? ascendit
 et cognoscam? quā utilitatē habe
 at p̄mā q̄ i tali culmie noscē collo
 cata. **Et** ideo cōsiderem? q̄ noxia sit
 supbia: cui non dēfinit obuiare fre
 quēs medicina. **Vñ** sp̄ omōnem?
 et ab ea nunq̄ dēfidia faciēte cesse
 mus. **Horream?** q̄ supbiā q̄ ange
 lum de gratia sup̄ne suauitatis ele
 cit. **Amem?** humilitatē: q̄ ad celos
 fideles extulit. **Velocitē** ofit amur
 qd̄ male fecim? et ab oībus iniquita
 tib? liberemur. **Per** dñm nostruz
Iesum xpm: cui est honor et gloria
 in secula seculorū. Amen.

Psal. CXXX.

Domine non
 est exal. Titul? Cāticū
 graduum.

Hugo Dic est. xij. gradus. s̄
 hūilitatis: qui recte
 post p̄cedentē psal. ponit: in q̄ adū
 est de p̄mā q̄ sine humilitate inutil
 est. **Vir** itaq; iustus in cui? p̄sona
 p̄pheta hic loquit: humilitatē in
 se ostendit: dicens.

Domine non est exaltatus cor
 me. **Rico** p̄ supbiā mo
 um]. **Rico** tu interiori.

Iero s̄ in cōtritione et in hūili
 atione eius obtuli tibi sa
 crificiū spūs cōtribulati. **L. neq; elati**
ti sunt oculi mei. signo exteriori:
 ut tūstoria dēcupisceret et caduca.

Hugo Postq̄ iste dixit q̄
 his fuerit in corde inte
 rius: et q̄lis extiterit foris in corpe:
 p̄sequēter oñdit qualis fuerit i adu
 one: dicens.

Neq; ambulau] et
 non dēcupiui esse in p̄p̄osa socie
 tate: vel non supbiui in magnis
 factis vel virtutibus quibuscūq;
L. neq; in mirabilib? sup me.] et nō
 dēcupiui aliq̄ facere super virtutez
 meam: sicut multi qui ex factis vel
 dictis magis querūt gignere i po
 pulo admirationez q̄ edificationē
 ex quo aliq̄d magni possint videri
 vel lau. **Aug** Hoc totū plani
 dari. **Aug** us dicat et audi
 atur. **Non** fui supbus. nō hūi q̄si in
 mirabilib? innotescere hoībus. et
 nec q̄siui aliq̄d sup vires meas.

unde apud impetitos me iactare:
Omīs supbus displicet deo. **Detet**
 ergo se hūana anima hūiliare:
 ne deo displiceat: et toto corde inu
 eri qd̄ dictū est. **Quāto** magnus es
 humilia te in omnib?: et coraz deo
 inuenies gratiā. **Sequitur.**

Hugo **L. s̄ in hūilitate sen**
tebā] de memetipso
L. exaltaui aiaz meā.] et me ipsum
 laudādo: vel p̄sumēdo de bono qd̄
 non habeo: sicut pharisei qui di
 cunt. **Labia** nostra a nobis sunt si

rit Oēs isti reges originē ducūt ex
duobus. scilicet ex corrupōne carnis a
suggestione dyaboli. Has duas
radices peccatorū oportet extirpa
re: qui vult plene p̄tā vitā. Et h̄o
fecit dñs **Sequitur** **Seon regem**
amorreorū percussit a occidit a fili
ter **Log regem basan** vt h̄tur nu
meri. xxi. Seon interpretat̄ ḡmē in
utile. a siḡt carnis cōcupiscentiā. q̄
est fons interior oīs mali. Vñ sup
illud ad rō. viij. cōcupiscentiam
nesciebam. glosa dicit. Bona est
lex que dum cōcupiscentiā phibet
oīa mala phibet **Dee** dicit̄ regna
re sup amorreos. v. super p̄tōres a
maritudie prauē cōscientie iſctos
Og interpretat̄ coceruas. basan cō
fusio. hic est dyabol⁹ rex a cocerū
uator cōfusiois. quez dñs percussit
eius temptacōes i def̄to p scriptu
ray responsionez repellens. vt h̄t̄
Mat. iij. sed occidit eū i cruce alti
gās ibi fortē. **Ad** dedit fraz eoz
i terram vinenciū ex qua eied⁹
est dyabol⁹ a socij eiz. hanc dedit
populo cristiano **Im** hereditatem
Vnde subditur **Im** hereditatem iſrl
suo suo. i. p̄lo xp̄iano fuit̄ d̄
q̄ per isrl qd̄ interpretat̄ vir vidē
deum significat̄. qz ip̄e solus inter
omnes ppl̄os deum videt oculo v̄ē
fidei. **Via** at̄ q̄ itur ad hanc here
ditatē. est humilitas vnde s̄bditur.

Nico **Via** i humilitate no
stra memor fuit̄ nostri
Sicut enim demones inde ce cideūt
p supbiā: sic fideles illuc ascēdūt
per humilitatem. **a** redemit nos
sanguie suo ab inimicis n̄is. **Cass.**

Si ab h̄istoriā attendas. nullum
premiū egipcijs dedit qm̄ hebreos
de manib⁹ eoz literare dignatus
est. h̄ q̄a m̄ p̄tate dyaboli vel p̄ mi
nistros eiz tenebamur obnoxij. v.
obligati vel rei. tunc seip̄m imolā
do magnū precij dedit vt nos ab
eis rederet absolutos. **Nico.**
Deinde ponit̄ inuitacō ad laudē dei
ex beneficio collato oīv̄iuenti vita
sensibili ei dicitur. **Qui** dat escā
omni **Callio** Hoc non tū de
carni **Callio** hoibus voluit i
telligi s̄ etia; q̄cqd̄ natat. q̄cquid
volat quidqd̄ repit v̄ graditur.
qm̄ v̄niuersa eiz largitate faciant̄
Nam sicut creator est omnū ita a
pastor animāz p̄bat esse cūdo
rum. Spiritalia etiā omnia pascat
incorporeo cibo sue misericordie

hugo **Confitemi** do celi
ipsum laudādo non q̄
alius sit deus celi a ali⁹ sit de⁹ ter re
s̄ quia m̄ celo magis rehet̄ p̄t̄ n
tia. sapientia a bonitas eiz vbi a s̄ā
ctis dare videtur. **Confite** m̄ do
mino domino. Sicut a laude dei in
cepit a i laudem dei finiuit. quia ip̄
se qui laudatur est alpha a o idē
principium a finis. a idē d̄ter lau
dari m̄ principio a fine. qz v̄tūqz
est ab ip̄so sicut apostol⁹ a d̄ phi
lipp. ij. dicit̄ deus est qui dat velle
a p̄ficere pro sua bonavoluntate

Calli Mirabilis psalmus ē
m̄m̄ia virtute profund⁹
qui vt stellis micatibus misericor
dia domini vbiqz cognoscitur esse
radiatus. **Hugo** Cuius enim
v̄antis sit atqz potētie i. ij. psal. v.

ostenditur. vbi legitur qd cu filij
israhel dñm laudates: decantassent
Confitemini dño quoniam bonus:
statim impleuit gloria dei templū
In quo ostēdit qd presens gratia
pure cantantib⁹ psalmū istum: in
quo totiens reperit misericordia
que est ostiaria paradisi: p̄stans
aditū nobis ad dñm nostrum **Je**
sum christū: qui est benedictus in
secula seculorū. Amen.

Psal. Cxxxvi.

Super flumē

babi. Titulus. Psal
mus dauid.

Rico Et additur ppter Jeremi
a. azo qd s̄ma hui⁹ psal.
mi consonat lamentatiōibus Jere
mie. quia iste ps̄. loquit de destru
tione tēpliet de babilonica capti
uitate q̄ facta est p̄ Nabuchodonō
sor: de qua p̄phetavit Jeremi. post
lxx. annos reditū euz populū de ca
ptiuitate: et instauratiū euz hierlm
et tēplū ei⁹. de cui⁹ destructiōe et
babilonica captiuitate ad leām p̄
pheta in modū lamentatiōis dicit
hoc modo.

Super flumina babilonis. Iq̄
illa terra habūdat aquis flu
uialibus. **L**illic sedimus. I. diu ha
bitauim⁹: sicut dicit Deu⁹. **S**edistis
in cades barne multo tpe. **L**et flui
mus. **H**abitando ibi in tristitia et
amaritudine. **C**ui⁹ causa subditur
Lib⁹ recordaremur syon. I. tēplū
Salomonis incensi et destructi: qd
fuerat in mōte syon. de q̄ destructi

one plus affligebant q̄ de sua ca
ptiuitate. **E**t salicibus in medio
eius. I. in medio babilonis q̄ est
plena salicibus ppter habūdantiā
fluminū. **S**uspendim⁹ organa nra.
I. subtraximus nos ab omni carmi
ne leti. **C**al. **Q**uis em̄ illic ageret
cie. **o**rgana dulcia vbi
tempora vite amaris erant lamē
tationibus occupata.

Rico Causa hui⁹ tristitie ad
huc subdit cum dicit.
Lo. **V**ia illic. I. in babilonia.

Hugo Interrogauerūt nos:
qui captiuos duxerūt
nos verba cātionū. I. cāntico tū
videlz oratiōes p̄fessōis nostre. **L**

Rico Et sup̄le gētilis. I. q̄ ab
duxerūt nos. I. s̄. iudea
in babilonē captiuos duxerūt nos
Lymnū cāntate nobis de cānticis
syon. **H**oc est de cānticis q̄ cantabā
tur in templo: qd fuit in monte sy
on. **E**t subdit t̄nsio indeoz. **Q**uo
modo cantabim⁹ cānticū dōm̄.
I. videlicet deputatū diuino cultui. **L**
in terra aliena. I. ydolatrie dedita:
q̄si dicant. **N**ullo mō potest hoc fie
ri. **N**am Balthasar rex applicans
vasa diuini cult⁹ v̄sibus humanis
statim fuit a dō punitus: vt habe
tur daniel. v. **O**blitus fuero
tui hierlm. I. destructiōis tue de
cantando cānticū leticie q̄si oblit⁹
destructiōis tue. **O**bluionē def de
p̄tera mea. I. v̄ tota p̄ter mea p̄ misē
mitatē vel morte. **A**dhereat lin
guā mea faucibus meis. **I**ta qd nō
possim loqui. **L**si nō meminero tui.
quasi otine dolendo de tua destru

done no pposuero iherlm in princi-
pio leticie mee. si accidete mihi
ea alicuius leticie non recordabor
in principio de tua destructione do-
ledo. tunc sup pumiar a deo ppe qd
bi eede. xi. In die honoruz no ime-
mor sis maloz. **Emor** esto dñe
filioru edom. id p dumeoru d fēde
tū de esau ad puniendū eorū neq
ciā. in die iherlm id destructionis
iherlm i qua fuerunt ydumei con-
tūdi babilonijs. incitantes eos
ad totalem destructionē citatis ihe-
rusalem. **Id** s̄bidit. **Qui** dicit
id dixerunt babilonijs. exinamite.
exinamite. vsq ad fūdamentū i ea
id totalit exminat iherlm vsq
ad fūdamenta. Tūc cōsequenter
psalmista petit punicōem babilo-
norum dicens. **Et** hā babilois
id gens babilonica. miserā **It**
translacione hebraica hētur. vastā
ta id destructa. **Preuidit** enim ēgnū
babilois esse destruendū p cyru
a dāriū. **Id** s̄bidit. būis qui re
fbuet tibi refbuōez tuā id penā
cōsilem tibi debitā. quā refbuisti
nobis id ppe mala que fecisti no-
bis. **Būis** qui tenebit a allidet. p
uulos suos ad petra. **In** transla-
cōe hebraica hē. tuos. vbi transla-
cōe cois habet suos. Ex quo patz q
intelligit de puulis babilonis qd
crudeliter interfecerunt mediā per
se in babilois destructione fm q
dicit. ysa. xij. de babilonijs. **Susc**
tato sup vos medos. q argētuz nō
querūt nec auz volunt. h sagittis
puulos interficient a lactantibus
vteribus non miserebuntur. a su

p filios nō p̄cet oculus eorū et pa-
ruz ante hēt ibidē. **In** factis eorū al-
lidetur in oculis eorū. **Pam** ex cru-
delitate accipiebant pueros p pe-
des: a allidebant capita eorū con-
tra parietes. **Dec** iuxta hystonā
dida **hugo** Moāliter at pro-
funt **hugo** p̄ta in p̄sona
iustoruz lametātū p̄colatu hui⁹
vite que plena est miserijs a p̄di-
lacione patrie dicit. **Sup** flūia ba-
bilonis. flūia babilonis sūt omnia
que hic amantur a transeunt
hugo More fluminū. illie sūt
terris iherendo sed ea
calcādo a cōtempnēdo. sed im⁹ in
hūilitate p̄stratū a flūm⁹ a fle-
tu cōtricionis p̄ p̄ctis p̄rijs ac fle-
tu cōpassionis p̄ p̄ctis ac miserijs
primoruz. necnō fletu deuocōis
p̄ bñficijs dei receptis a p̄ dilacōe
patē celestis. vñ s̄bidit. **duz** reco-
baremur. **casio** q̄ p̄gnos se
spon **casio**. cognoscit in
hoc sc̄lo. suspirātes de fūlo patrie
sue. amaras lacrima s̄fūdūt. quī
ad illaz p̄missaz pacem hic pueni-
re non p̄ualent. **Aug⁹** **flene**
emim ml̄ti fletu babilonis t̄ hui⁹
seculi a gaudent gaudio babilois
quī gaudent lucris sc̄li. a flent de
dampnis. **Verumqz** de babilonia
est **Sequitur** i salicibus.]
Jeronim⁹ salix talez naturam
h̄. ē qd dā lignū infructuosū a dicit
q si q̄s ex illa accipiat potionez a
māducet. fili **hu** **In** salicibus
os non facit **hu** ergo vint ho-
mines mūdānos a infructuosos q̄
rigantur fluminibus babilois a
Xij.

qui delectantur in terrenis delectationibus
is quales sunt homines auari: luxu-
riosi: gulosi: ciues babilonie. In me-
dio eius positi. L suspendim⁹ orga-
na nostra. q subtrahim⁹ ipsis pre-
dicationes sacre scripture. Et quae
hoc quos euidenter irrefecerunt me-
di a ple in babilonis destructione
fm q d⁹ p⁹sa. xiiij. de babilonis. L
Quia illie. L in babilonia vi va-
nitatem mundi existetes L interrogau-
erunt nos strepentes et deridentes. L q
captiuos duxerunt nos vi malis q
piis exemplis et verbis captiuita-
tem peccati nos ducere strepentes
p quorum os dyabolus loquitur: qui
tonos ducere captiuos. L verba ca-
tionum interrogauerunt nos ut cu-
ip ipsis cantarem et gauderemus et
ab ibidem et comederemus et cu-
am magis velit nos in hoc mundo
lugere iuxta illud iac. v. Agite nunc
diuites plorate et uulnate in miseriis
vestris. L Et q abduxerunt nos L
et q nos a deo et sortio tonorum sepa-
re conati sunt direrunt. L ymnu can-
tate no bis de canticis syon L et red-
di- te no bis ratione quid est aia q est
alia vita q est infernum q est pa-
ra- disus. Quis in omni questiones faciunt
derisorie et Aug. Noli facile hu-
cariose. Aug. ie aliquid dicere
noli peccare organum ut sonet si po-
tius suspense. Non enim quid di-
scant si quid replebant. Vere fra-
tres sic est. Incipite velle predicare
veritatem quod libet quam nostris et vide-
te quod ne esse sit ut tales patiamur ir-
risores et exatores veritatis ple-
nos falsitatis. Rudete illis exigenti

bus vobis quae capere non potest. Et dicite
ex fiducia sandi cantici vii. L Vo-
modo cantabimus canticum domi-
ni in terra aliena. L

Call. et inter indignos quae sunt
deo alieni. Verba enim do-
mini sanda debet esse scorum. Scriptu-
um enim. Ne miseritis margaritas
ante porcos. Hic ergo monet nul-
latenus esse consentiendum.

Aug. Am autem fidelis in-
turbas taliu tanquam pidi-
tans erexit animu ad re cordatoe
syon et construxit se in ratione quasdam
dicens. L Job liber fuero tui hieri-
salez. Petrus cantor. Illis con-
sentiendo delectatoe temporalis seu et
et opa bona deserendo. tunc L obliui-
oni detur dextera mea L et salus mea
vel vita mea eterna quae p dexteram
designatur. Hoc enim non optato
ut salus eius detur obliuioni si po-
tius pnunciato. L Ad here at lingua
mea faci uacubus meis si non memi-
nero. **Call.** Proposit penal se-
tui. Call. cunda conditio ut in
domini laudibus obmutescat si obli-
uus fuero hierusalem et celestis. Quid
enim probatur de terro esse quod illud no-
posse loqui u con sueuit medicina
pre stari. Psalmodia enim est sola-
tio flentium cura dolentium sanitas
egrotorum. Hoc animae remediu homo-
miseriarum omnium cognoscit esse re-
fugiu. Nam qui tali munere prua-
et ab omni beneficio consolationis ex-
cluditur. L Non posuero hie-
rusalem in principio leticie meae. L

Glo. et si no est mibi prapna
leticia de te o hierusalem

a in te **Aug?** Ibi enim est sum-
ma leticia ubi de p̄fuerim ubi de
frat̄nitate cōterēte securi erimus
Nulli ibi temptator nos violabit.
nullus ad aliquā illecebrā p̄cellē
poterit. Moriet̄ ibi oīs necessitas.
orietur ibi summa felicitas. De cōte
conuertit se ad d̄n̄m cōtra hostes
huius c̄tatis dicens **Q**uom̄o est o
filiorum edom. I. amatorum seculi
qui sunt inimici s̄ctōrū. Naz edom
frena interpretatur. libera nos d̄n̄e
ab illis **I**n die iherusalem quando
dyaboli et sui sequaces sequestra-
buntur a iherusalē vt ipsi punian-
tur. a boni coronent̄. **Q**ui dicūt
exinanite exinanite: vsq; ad funda-
mentū in ea **Gregori?** xv. moꝝ
Sicut ei super fūdamentū edificii
um. sic super fidem opa cōstruunt̄
vsq; ad fūdamentum exinanisse
euerſo b̄n̄ uiuendi ope. etiā d̄n̄tē
fidei dissipasse. Quicūq; em̄ digna
fidei opa suare cōtempnit. etiā fidē
p̄dit quā tenere videbatur. **E**thia
babilonis. Icaro nr̄a dicit̄. q̄ cōfu-
sionez nobis p̄batur igerē pecca-
toꝝ sed iustissimā recōpensacōem
ei optat vt sicut nos luxuria cōci-
tat ad vicia ita rep̄ssa ieiunijs atq;
ēbulacōibus faciamꝝ ipsam sub-
ditā esse virtutibꝝ. **V**nde s̄b̄dit̄ **be-**
at? q̄ retribuet tibi retribucōnem
tuam. **I**sup̄ tibi debitā. quā retri-
buiſti nobis. **R**eddimus ei carni
dignaz retribucōnem vt coacta fa-
ciat qd̄ in delicijs implē dissimilat
Tales em̄ retribucōnes reddere
carni sanctorū est vt que nos tra-
xit ad culpā: adiutorio d̄n̄i perdu-

cat̄ ad gl̄am **P**etr̄? c̄ator. **C**o-
tus q̄ tenebit. **I**n continebit se a vi-
cijs. **I**n allidet puulos suos. **I**n pri-
marios motꝝ cupiditatis. sup̄bie
luxurie. ceteroꝝq; viciōꝝ q̄ a mise-
ra matre nascunt̄. b̄n̄s q̄ h̄os con-
fregit. **ad petraz.** **I**x̄p̄m vt p̄ cōfessi-
onez cōfracta a cogitacōibus ex-
puliſiſ. **C**assi. **M**ittit̄ em̄ in
p̄reant **C**assi. **M**en tē nr̄az di-
ablo instigatē qd̄ nolimꝝ: recipi-
mus quod nostra estimacōe d̄ap-
namus. vnde sine dubitacōne red-
dimur captiui sed̄ iste cogitacōes
d̄n̄m adhuc sunt puule a nondūz
ad consensum puenire perantianē
i petra cōmūnantur sicut didūz ē
in lapidem an **Q**ui fratres oꝝ
gularem **Q**ui. **Q**uia in operā
do non cessent vobis inuicem can-
tare cantica syon. q̄ libenter audis-
tis tam libenter agite quod audis-
tis. suspirate in eterna iherusalem
quo p̄cedit spes nostra sequetur vi-
ta nostra. ibi erimus cum xp̄o. cri-
stus nob̄ a modo est caput. a gu-
lternat nos desuper. amplectitur se-
cū. in illa ciuitate equales erimus
angelis dei qui quid de mundo fe-
liciter arriſerit nolite presumere.
nolite libenter colloqui cupiditati-
bus vestris si vultis armati esse cō-
tra temptacōes in seculo. crescat a
roboretur desiderium iherusalem et
ne in cordibus vestris. trāſiet cap-
tiuitas. felicitas veniet. dampna-
bitur hostis extremꝝ. a nos deu-
cti morte triumphabimus cum re-
ge nostro domino ihesu christo. q̄
est benedictus in sc̄la s̄. Amen.

Psalmus. CXXXVij.

Confitebor
ti. domi. Titul. Ps.
ipsi dauid.

Cassi. Per totū huius psal.
populus catholicus loq
tur q̄ est collectus de vniuerso orbe
terrarum: q̄ in p̄mis gr̄as agit deo de
b̄nificiis sibi collatis: dicens.

Confitebor tibi dñe in toto cor
de meo. Cor siḡt mentis at
q̄hanū vñ taciti clamam⁹ ad dñm
a p̄ces nostre multo efficacius audi
unt q̄ si magnis clamoribus p̄sone
mus. Cū dñm in toto corde: nulla ps
occupata in seculi hui⁹ ambitōne
relinquit: s̄ vniuersus laudibus cre
atoris vt dignū est: applicat.

Aug⁹ Totū ḡ cor meū flāma
tui amoris accendat. n̄
h̄il i me relinquat mihi: nec quo re
spiciat ad memetipsum: s̄ totus i te
est. totus i te ardēt. totus diligēt
te: tanq̄ inflāmat⁹ a te. Causa: hu
ius laudationis subiūgit: dicens.

Quoniam audisti oia verba oris mei.
p̄tū cordis q̄ carnis. In corde em̄
habemus vocē quā de⁹ audit: quā
proflus auris hūana non nouit.
Deinde virt⁹ psalmodie oñdit: vt
q̄ puro corde psallit: etiā sursum inē
angelos canere videat. Vñ s̄ dñs.

In conspectu angelorum psallā ti
bi. Petr⁹ cantor. In trib⁹ de
lem⁹ angelos imitari. In m̄stra
tione vt deo ministrem⁹ sic ipsi. In
volūtate vt nihil relinm⁹ nisi qd̄ de

us vult sic ipsi. Et in laude vt deus
sicut ipsi semper laudemus. Et ita

Glo. Ladorato ad templū sādū
tuū. In corde meo qd̄ ē
templū dñi. Vñ Apo⁹ ad Corin. iij.
Templū dei sādū est: qd̄ estis vos
La confitebor nomi tuo. In deuotione
laudan

Cassi. Per misericordiam
tua qua
rears a respicis p̄dōres ad liberā
dum. Veritate tua qua remune
ras a promissiones reddis.

Hugo Quoniam magnificasti su
per omne nomē sc̄nī
tuū. In xpm̄ sup̄ omne nomen cele
stiu: terrestriu: a inferoꝝ. In
quacūq; die iuo canero te. In p̄tendo
illa q̄ p̄tinet ad salutē meā. Exau
di me. q̄ hoc peto qd̄ sequit̄ mul
tiplicab a multiplicat in aīa mea
virtutē. vt accrescat mihi sādū de
fideriū: a de meo exemplo. Con
fiteant tibi omnes reges terre q̄
carnē suā sic regūt vt ipsa spir̄itu
subiciāt. Quia audierūt oia verba
oris tui. Petr⁹ cantor. Quicūq;
locut⁹ es iudeis p̄phetā: h̄o gētes
vbiq; audierunt p̄ ap̄los. quia in
omnem terrā exiuit sonus eoz.

Cassi. Audite aut verba do
mini ad illos p̄tinet
qui obediētes esse noscūt. In tel
ligāt ergo iudei q̄nto reatu teneā
tur obnoxii v̄ rei: cuius verba non
mente cape: s̄ tantū auribus audi
re maherūt. Petrus can
tor. Multi reges v̄bis dñi obediē
tes cātēt. In gr̄az ad dōel. In v̄bis do
mini. In v̄mia et veritate. Vñ in alio
ps̄. s̄ i. Vniuersē vic dñi mīa a re

ritas. a quid eā abunt. qm̄ mag
na ē gl' a dñi. Ip̄ est eſna: ceteroz
dñoz gloriavana eſt a trāſitoia

Gloſa gl'a q̄ppe dñi ē vt ſcl'm
reſpientes eius landes cātare nō
deſinam. Q̄ Vomā excelfus dñs
La cum oculo mie huilia hu
a huiles reſpiciat grā; ſuam eis
largiendo. La alta v ſup bos La lōge
Ip̄ p grā ſua nō eſt cum eis.

Caſſi Et vt freret ſupbos. ad
dit cōtinuo. agnoscat
ne putarent demētes ſupbi meoq̄
mū eē deo qd̄ malignis cogitacō
nib⁹ opant. Vi vt tibi appiuet
de⁹ huilia tripm. qm̄ p̄mantur
illi huiles: a ſunt ſupbi oīno lon
ginq̄. Abulauero ſup bene
operando. Li medio tribulacōis viui
ficabis me. Vi in aīa. S c̄ vir i m
h⁹ ſcl'o nō ſolū i tribulacōe. ſi etiā
i medio tribulacōis ſunt. V ndiq̄
ei tribulacōem ſentiūt. R a a ſi ad tē
p⁹. p̄ſecutorū ſuſpēbat iūqtas. dya
boliciſ iugie tñ tēptacōib⁹ ſbiacēt

Au Ama altera; vitā euidē q̄
iſta tribulacō ē quacūq̄. p̄
peritare fulgeat q̄buſlibet delicijs
habūdet. at; circa floreat. S i autē
i vitā p̄gnacō ē. a p̄ p̄riā dili
gis a ſine dubio ob dilacōem alte
rius vite tribularis. qm̄ nō dū eſt
illud gaudij ſine vlla tēptacōne
certiſſimū qd̄ nobis in ſine ſeruat
deus. ſine dubio tribulacō ē. S e q̄

Caſſi La ſup iram imicorum
tuā. I p̄ ſecutorib⁹ biat q̄ q̄ uis ira
ti muita faciāt p̄ lo ſi li. lōge tñ
maiora recipiēt diuina retribuētē

iuſticia Aug⁹ La ſabiū me fe
cit dextera tuā. v ſalu aſti me i te
mitate tua D e x t e r a d e i e t e r n i t a t e n o
minat. hac dextera ſaluū me feci
ſti. nō ſcl'm ſalutē tpalem ſed eter
nā. I m p i o r ū ſal⁹ i n ſ i m i ſ t r a e ſ t q̄
eſt tpalis. E t e r n a ſ a l u s q̄ a ſ c o s
ſuos ſaluat in dextera eſt. O m n i n u s
r e t r i b u e t p m e q̄ u i d i r i t o a
m i n d i c t a. a e g o r e t r i b u a e i s.

Caſſi Sed vt hoc non iracunde
didiciz potuiſſes accipere
cōtinuo p̄ inimicis orat dicēs L d o
m i e m i a t u a i ſ c l o. V i e t e n ū. q̄ u a
facias i ill⁹ q̄ nos p̄ſequūt L o p a
m a n u ū t r a y n e d e s p i c i a s. R o g a t
p̄iis p̄ſes p̄ inimicis q̄s ſibi noue
rat aggregauit. I n t e n d a m u s q̄
ti nos predicacōne populis ſad⁹
ibueit: quanto inſtrūtu pietatis
orauerit. N ā v t o m n e m n o b i s z e l i
cordis contra inimicos excludēt. ip
ſos rogauit ſibi fieri ſocios quos
habere videbat adūſarios. ſequa
mur ſententiā; piām. amem⁹ p̄ti
us affligentes nos. non debemus
inimicos eſtimare qui p̄ſunt. R a y
ſi equo animo p̄ferantur. frequen
ter nobis talia cōferunt qualia di
lectiſſimi amici preſtare non p̄t.
I n i e n i m ſ e p e n o s a v i r t u t e p a c i e
tie blandiēdo deducit. I n i v e r o n o s
affligendo in eadem cōſtituunt.

Hugo Diligendi igitur ſunt im
mici p̄pter deum cuius ſunt creati
ra: etiam propter nosmetipſos:
qui ſeruiūt noſtre ſaluti. D e u s e n i
ſaber eſt. a ipſi ſūt mallei ac lima
propter nos. quia aduerſitatib⁹
a murijs nos purgātes. a u f r e u e

rubigine peccatorum nostrorum. Cri-
sost. sup. **Matth.** Nihil vero pueni
at magis inimicitias sustinere p
pter deum atq; otremni: q; a cunctis
regibus honorari. Nihil em. p. sus
huic glorie pot. opari. Dme enim
merebimur frui possessione celoꝝ
a gloria eoz qui ibi sunt p. moꝝ.
quasi angeli quide cu hoib; ambu-
lantes tanq; virtutes celoꝝ in ter-
raui regione degēt: vt extra om-
nem oturbationē positi: omniēq;
merorem etiaz bona ineffabilia cō-
sequimur. quib; vos omnes otigat
potiri grā ac misericordia dñi nri
Iesu xpi: cui est honor et gloria i se-
cula seculoz. Amen.

Psal. Cxxviii.

Omi. pba.

Titulus. In finez psal-
mus dauid. Petr; cantoz.
Psalm; iste est octau; eoz q; agūt de vtraq; natura i xpō
qm̄ dirigūt i fine vni xpm̄.

Cassi. in quo ē maiestatis cū-
cta pfectio: a oim virtū-
tum plenitudo. Quapropē vnuer-
sus hic ps. sicut pñi doctissimo Cy-
laris placuit: ex ipsius dñi psona
dicendus est: q; loquitur hic quādo
q; voce sua: aliqñ autē voce suoz fi-
deliū. Primo em. p pte hūanitatē
assumptē xpus loquitur ad patrem
dicens. L

Omine. Ipi. L. p. b. a. s. t. i. me. et. co-
gnouisti. me. L. v. p. b. a. t. u. z. et. co-
gnitū. me. alijs. ostēdisti. Naz. p. b. a.
t. u. s. est. qñ. dyabolus. tēptauit. eum.

o. p. l. e. t. a. tē. p. t. a. t. o. e. : m. i. n. i. s. t. e. r. i. ū. h. a. b. u.
it. a. n. g. e. l. o. z. P. r. o. b. a. t. 9. e. s. t. e. t. i. ā. tē. p. o.
re. p. a. s. s. i. o. n. i. s. q. u. a. p. i. e. t. a. t. e. s. e. p. n. o. b.
o. b. t. u. l. i. t. : q; i. c. r. u. c. e. p. o. s. i. t. 9. p. i. n. i. m. i. c. i. s.
o. r. a. u. i. t. C. o. g. n. i. t. 9. e. s. t. qñ. g. l. a. m. m. i. r. ā.
dē. r. e. s. u. r. r. e. c. t. i. o. n. i. s. o. n. d. i. t. T. u. n. c. q. u. i. p. p. e.
d. i. u. i. t. a. s. e. i. u. s. i. l. l. i. s. i. n. o. t. u. i. t. : q; e. ū. a. n.
t. e. a. c. r. e. d. e. r. e. d. u. b. i. t. a. m. i. t. S. e. q. u. i. t. e.

HUGO L. tu cognouisti. L. v. ap
probasti. L. sessione. L. v.
hūilitate. L. meā. L. in passione. L. a. re
resurrectionem meā. L. v. glorificatione;
resurrectionis mee. Mel. vox xpi est
p. pte fidelis populi: dicētis. Pe-
trus cantoz. L. dñe p. b. a. s. t. i. m. e. e. t.
cognouisti me. L. v. ostēdisti mibi qd
miser et fragilis sum. L. tu cognou-
isti sessionem meam. L.

Glo. q; i hūilitate pñiaz ago
L. a. r. e. s. u. r. r. e. c. t. i. o. n. e. m. m. e. a. z. L.
s. q; p. g. r. ā. z. i. n. s. t. i. f. i. c. a. t. 9. s. u. r. g. o.

Aug. Ac si dicat. Corā oculis
tuis p. c. t. ā. c. f. e. s. s. u. s. s. u. m. L.

Et rellexisti cogitationes meas de
longe. L. a. z. a. b. h. u. c. i. n. p. e. g. r. i. n. a. t. i. o. n. e.
sum: anteq; ab illaz pñiaz veniam.
L. s. e. m. i. t. a. m. G. l. o. v. i. z. a. c. t. i. o. r. a. p.
m. e. ā. L. v. i. z. a. c. t. i. o. r. a. p.

Glo. v. i. z. a. c. t. i. o. r. a. p.
st. i. s. e. r. u. a. r. i. L. a. f. u. n. i. c. u. l. ū. m. e. u. z. i. u. e. s. t. i.
g. a. s. t. i. L. v. i. u. e. s. t. i. g. a. r. e. m. e. f. e. c. i. s. t. i. t. e. r.
ditate meā quā p. illis p. c. e. p. t. i. s. o. b.
seruatis p. m. i. s. i. s. t. i. S. e. q. u. i. t. u. r. L. a. c.
o. m. n. e. s. v. i. a. s. m. e. a. s. L. t. a. m. b. o. n. a. s. q.
malas. L. p. r. e. u. i. d. i. s. t. i. L.

Rico ante q; esse; in reū nati-
ra. L. q. nō est fmo i lin-
gua mea. L. supple sufficiens ad exp
mendū celsitudinē tue sapie. Ideo
adhuc subditur. L. a. c. c. e. t. u. c. o. g. n. o.
uisti omnia nouissima. L.

Calli Xps dicit patri ecce tu
cognouisti omnia no
uissima qd pertinet ad incarna
tionem ipsi q facta e in nouissimis
temporibus sicut legitur agnus occisus
ad vesperam. Et aplos ait. filioli.
nouissima hora e. subiuxit. et an
tiq. v. etna. Per nouissima e exp
mit sua humanitate: et p antiq su
am diuinitate. Vn adhuc subdit

Glo tu formasti me sed m
hominem. Et posuisti sup
me manu tua. Vt inuater me sic i
alio ps dictu e Inueni dd seruum
meu: oleo sco mo vny e u. Manus
em mea auxiliabit eia. **Q**uabi
lis facta e scia tua ex me. qz p me
et aplos meos p dicata e mirabil
redemptio generis humani vbiqz
orbi terraru. Et hec cia confortata
est. i pectorib? humanis de q pri
us incerta credulitate dubitaba
et. **Let no potero ad ea. viz attingere.**

Callio qz natura hominis
assumere no poterat se sine sube
atqre. sic ei in euange lio dicit. **P**i
maior me e deinde on dit ppheta p
misticas enumeraciones a nulla cre
atura sima falli posse pntia dices.

Callio **Q**uo ito a spu tuo. v
a teiplo. qz sps est de
Joh. iij. **Let quo a face tua fugi
am.** v a pntia tua. qd dicat. **H**oc
est impossibile. qd pb at osequen
ter dices. **A**scendero in celum.
tu illic es. **I**pe r resurgentia gle tue
si ascendero ad infernu ades. **P**er
executionem. **Callio** **P**er
iusticie tue. **Callio** **P**er

nas meas diluculo. **P**enas fues
dicit xps sine maiestatis sue effi
cacissima celeritate. qua scilicet cor
pus suu diluculo leuauit de sepul
chro. **S**i cu audis meaz gloriã ppe
ptatis intelligel. **q habitauero in
extremis maris.** hoc e supra seculi
istius amplissimu sine. **P**etrus
cauor. si pabiso teetru vbi xps ha
bitasse dicit a rurrecto ne vbi ad ascen
sione. Et quqz veniebat ad aplos.
a iam ibi redibat. qz in celo emp
reo fuit corp alie vsqz ad ascensio
nem. **Et vere ades in. **Q**uam** pro
certo. **L**uce manus tua. **viz** diu
ptas. **L**educe me: et tenebit me
dextera tua. **v. s. h. i. tuis** viz verbu
tuu in vntu: cõseruabit humani
tate assumptã. **Q**uod dixi forsitã te
nebre. **viz** mortis. **L**ed uocabunt
me. **S**icut teneat a morte a non re
surgã. hoc no dicit dubitatie sed
pronice iux stultã op imonẽ eoz
q credebãt xpm in morte detentũ.
Cuius otraru on dit dices. **q nox
illuminatio mea.** vili q p us erat
apud inferos tanq nox illumina
bunt a me illuminati. erunt. **L**in de
licijs me. **Calli** **v**i pabiso q e
is. **Calli** amissim? lo
cus a felicissime locu dicitis etna se
curitas. e nocte v inferni claustra
xps illuminauit qn ptate dyaboli
supauit a hoim libeãuit sua mise
racõ. atqz spoliato ipõ inferno. aie
sanctorum ad eius amenitate: re
uerse sunt. **Et vere nox e illumina
tio. **Q**uia tenebre lid est secreta
scripta prophetarum. non obscu
rabunt. **S**pmo poti? illuminabunt**

La tua nox] & obscuritas scripturę
sicut dies illuminabit. sicut ap-
ta scriptura manifestabit. qz que
fuerant quasi nox sub mystica cõ-
plexione tenebrosa. tanq̃ dies illu-
minata sunt qm̃ in aduentu dñi sal-
uatoris p̃phatũ deã patuerũt. **Se-
q̃tur** sicut tenebre eius ita a lumẽ
ei?] & in vtro qz fuit veritas. siue cũ
illuminata patuerunt siue cũ mys-
tica scripturarũ obscura viderent

Glo Ideo emz tenebre nõ cõ-
culcabũt me. **Via** tu
possedisti renes meos. vt sine pec-
cato fieret cõceptus meus & ortus.
suscepisti me de vtro matris mee.
M. X. gimis marie mee. Tua enim
operacõe hoc totũ factũ est. Et idẽ
Qonfitebor tibi dñe. cõfessione
laudis. q̃a terribiliter magnifica-
tus

Cast. Terribiliter ei ma-
es.] **Cast.** significat est de pa-
ter quando in passione domini cri-
si: tenebre sunt secute. terra cõtre-
muit. saxa dirupta. sunt sepulera
patuerunt. mortui resurrectione le-
tati sunt. cum ipse iterũ i eodẽ cor-
põ sancta resurrectione cõspectus
est. dũ ab discipulos suos ianuis
clausis intravit. dũ ad celos sũ ho-
minũ visione conscendit. Que licet
p̃pria dicitate cõpleuerit. more tam̃
suo paternis hoc virtutibz applica-
uit. vt sancte coopacõis patre face-
ret unitatem. **Seq̃tur** mirabilia
vñ sunt opa tua. circa me p̃ redẽp-
tione humani generis vt patuit i
cõceptõe. passione. resurrectione.
& ascensione. & am̃a mea cognosce
nimis.] **Petrus** cãtor. Am̃a homi-

nis cognoscit ista opera in partes
sed am̃a christi cognoscit nimis.
qz dona habuit sine mensura

Non est occultatus os meus a te.]

Glo Per os qd̃ interioribus
est intelligitur diuinitas christi.

Vñ ipse dicit patri. diuinitas mea
non est occultata a te. **Quod** fecit
in occulto.] & quã fecisti malis
& p̃bis occultã & substantia mea

Petrus cãtor & humanitas mea
p̃dicata est i inferioribz. **Itẽ** hoc est
in simplicibz & p̃diotis gentiũ. ex
quibus cõgregata est ecclesia. de
cuius imperfectione subdit dñs

Imperfectũ me viderant oculi
tui.] **Cassiodorus** Imperfectũ
siq̃de; eius est quod adhuc ecclesia
vsq̃ in finem seculi cõgregatur. &

in libro **Notitia** idest in noticia
tua.] **Notitia** tua que dicitur

liber. eo qz oia ibi firmiter retinen-
tur absqz obliuione. **Omnes** scribẽ
tur. in noticia ei p̃destinacõnis di-

uine que potest dici liber vite. soli
electi sunt scripti: & i noticia p̃scie
siue reprobaõnis que p̃t dici liber

mortis. soli eprobi sunt scripti. S; in
noticia diuina generaliter sup̃-
ta pro vt se extendit ad predestina-

cionem et prescientiaz omnes sũt
scripti. & sic accipitur hic liber di-
vt dicitur est **Glo.** Seq̃e vñ xpi

de aplis. **dies** formabũt.] **Apl.** di-
cũt dies de q̃bus dñs **dies** diei erue-
tat vñ. **Vñ** formabũt i me a q̃ p̃-

fectõez grẽ sumũt. **q̃ nemo**] sup̃-
formabitur idest accipiet perfec-
tionem. **in eis.**] qz ñ dicuntur esse

latens culpavit p vera penitentiam
absolvat ab ipa la debue me i via
etna. Abitudinez eterna ad qua
nullus pot venire nisi fuerit tolliter ex
pedita a peccato scdm q dicit. apo
calip. xx. i. Non intrabit i ea aliqd
comgnatu. Collecto. Si g ali
qd iueneris i via tua quod displi
ceat oculis tuis. qm vita tua moit
est. oravit in eterna via deducaris
vbi nulla est imqtas. qz si quis
peccauerit. aduo eam temus apd
patrem ihsuz. Christum q e bndict
in secula seculorum Amen

Psalmus Cxxxix

Ripe me dñe

ab. Titul. in finez ps
ipi dauid. Iste ps diri
gitur in **Cal.** in xpm domi
finem. nu. q scdm apo
stoli finis est legis oicredenti ad
quem p totu psalmu sca eccā loq
tur orans. vt ab iniquo dyabolo
a mltis ei? eā liberare dignet q
multis fraudib? atqz mhdns deuo
ōnem ppli fidelis conatur euertere.
Dicit ergo

Ripe me dñe ab hōine malo
La dyabolo de quo dicit. Mat.
xiii. Inimic? hō suspērauit zizaiaz
Iero. Et qz nō bñ per se p̄t nos
dyabol? decipere qntū per
organū hois. Ihs subiūgit **La viro**
imqz erit. **Au.** Vir iūqz e qui no
pe me. et sibi a alijs. Et si
luxuriosi nō sint asperire p̄ se qntes
noct tñ aliq exēplo. Itaqz nō vob
placeāt hoies qñ leues a blandi

amato es cū carnaliū voluptatū a
imqz cupiditatū sectatores quos
aiqz videtis p̄ diues ferri in malas
libidines a p̄ciosas voluptates
tūc r̄p̄ndite. tūc castigate. Si at
nō potueritis. certi estote vos qui
estis membra xpi q eos estis imi
nicos. Latere p̄nt. occultare imi
cias suas p̄nt. amatores nō p̄nt
Seb qm amatores non p̄nt necē ē
vt q oēant vos malavobis q̄rat.
nō vacet lingua a cor vestrū dicere
A viro iniquo libera me domine
Glosa. a q̄a mali ipugnat bo
nos trib? modis. scilicet corde. lingua et
manu. **P̄rio** de corde p̄mittit dicens
Lo. Vi cogitauerūt iniquitates i
corde. qñ diceret. eripe me a malis
q̄a si labijs plerūqz p̄cedat bona
fr̄ in machināt in corde malum a
hñ tales. totā die. a continuel cō
stituebant prelia. a occasiones
cōfēdendi. De cordib? em̄ taliz se
per bella pueniūt. **Cuerunt lin**
guas suas. vba neq̄cie sue poli
erūt. **sicut** **In serpēte em̄**
spentes. **Aug.** ē astucia a do
lus nocendi propterea serpit. nō
habens pedes ne audiat dum
venit. **Sic mali serpunt ad nocen**
dum sub leui contractu verborum.
habentes occultuz venenum. **Et iō**
sequi **Arco** **venenuz aspidū**
tur **Arco** **sb labijs eorum.**
a anie mortifera. **Iero.** **Videntur**
amicicie verba habere a plena sūt
veneno mortifero

Cal. **Quosodi me domine de**
manu p̄cōris. a p̄tate

dyaboli q̄ inter oēs creaturas pri
us peccauit a de iniquitate sua ad a
nos scilicet sauciaffe. ab ei⁹ dolis a in si
dijis custodi me. q̄s p me ne q̄o p
cauere. Et ab hoibus inq̄s libera
me. v ab ei⁹ ministris. qm̄ qd po
tuerit mētib⁹ n̄ris p se suggerēdo
subripe. p suos seq̄es publice co
nae implere. Qui cogitauit sup
plantare gressus meos. v me re
trahē a via dei a impedire opa mea
pantes in vicinas p̄tōy foucas
labscorderunt supbi laq̄um m̄.

Aug⁹ Totū cor ipus dyaboli
breuē explicauit au
ait. su **nico** q̄ me multis a va
pbi. **nico** r̄is modis inoluē
ntūne in peccatis. Vnes exten
derunt michi in laqueum.

Glo v p̄tā q̄ in suadet facere.
de quib⁹ ysa. v. Ve q̄ tra
hunt p̄tā. sicut restem longam.

Aug⁹ Quare d̄i restis. q̄ ois
p̄tōy p̄seuerās i p̄tis
suis addit p̄tā p̄tis. Et cū debet
accusacōe peccati sui corrigi defen
sione duplicat qd̄ ofessione possit
aufere. Addūt ita p̄tā p̄tis. a fa
cūt sibi funes vñ in sine ligent eo
rū man⁹ a pedes a p̄iānt in tene
bras exteriores. Seq̄tur. In x̄ta ite
scādalum posuerunt michi. Iter
nostrum precepta dei sunt.

Mi vñ Greg. omelia. xxxviii.
ait Maligni spūs iter n̄m
quasi q̄dā latrūculi obfidēt. p̄pter
qd̄ necēē nobis ad d̄m̄ auxiliuz
recurere. Jo subdit. O Tri d̄no de
us meus. **Aug** Licet oim̄ sit de
es tu. **Aug** us p̄tā cōez.

tū pprie eoz de⁹ q̄ eo fruunt. qui
seruūt ei q̄ libent̄ sub ipso sūt.

Cassio Ergo ille nō p̄t hūc
v̄sicutū dicere qui ca
ducis errorib⁹ p̄bae implicari. Se
quit. Eazudi d̄ne vocē de p̄tōnis
mee. suffecerat dici. Fraudi de⁹ se
precaōnem meā. nisi aliq̄d alci⁹
volūisset intelligi. Vox ei de p̄tō
nis puritas ē orōnis. a clamor. Me
taci⁹ q̄ ascēdit ad d̄m̄. **Domine**
d̄ne. Repeticio ista affectum pie
precaōnis.

Hug Tu supple
oñdit. **Hug** res. virtus
sabit̄is mee. q̄ das v̄tutē perseue
rātie qua **Cassi** In certamine
salu⁹ sum. **Cassi** vero tribula
tionū sal⁹ eē nō p̄t. nisi de mia d̄m̄
v̄tus tolerantie fuerit attributa.

Hugo Lo b̄ umbrasti. p̄ ḡ
tiā sup caput meū.
me p̄tē d̄m̄ in die belli. v in estu
tempta

Aug Pugno foris cō
tionuz. **Aug** tra fidos bonos
a falsos xp̄ianos puḡ int⁹ contra
cupiscētias meas qm̄ v̄deo aliā
legē in mēbris meis repugnantē
legi mēt̄ mee a captiūū me ducē
tē in lege p̄t̄i q̄ est i mēbris meis
Miser ego hō q̄s me liberabit de
corpe mortis hui⁹. grā dei p̄ ille sū
xp̄m d̄m̄ n̄m. **Igit** iste laborās
in hoc bello respexit ad grāz dei. Et
q̄ iā cep̄ at estuare a a rescē in tēp̄ta
tionib⁹ inuenit tanq̄ v̄mbrā gra
tiam dei sub

nico me d̄ne. v
ne trahi p̄mittas. [a d̄fidelio meo.]
v a fomite ad p̄t̄m̄ declinā **Ca.**
te. [p̄t̄ōri.] v demoni.

p̄dis cōsuetudinē s̄ḡt ipudētium
q̄ q̄n fuerint de p̄bensi p̄mo se aliq̄
fallitate excusare no sc̄it: r̄ a cū fu
erit idē cōuidi alias excusacōes as
sumūt ne veritati aliq̄n acq̄seant
inuere cūba p̄teritas modo ei t̄pi
modo necessitati mō alijs iputan
tandū qd̄ **Au.** Tu ergo trāsi ad
peccant. **Au.** vitupacōnez tuā
no dicās gens tenebray fecit qd̄
ego feci ne cōputeris: cū hoībus
opantib⁹ imq̄tatem: r̄ q̄b⁹ placet
iūq̄itas de facto s̄ dic̄. **no coicabo.**
cū electis **Call.** r̄ no cōfeciā
eorum **Call.** illis q̄ inter ma
los sunt p̄cipui tāq̄ elc̄i q̄si duces
criminū quasi p̄ncipes latronū:
r̄ caput p̄ditōrum. **Collector**
Translatio hebraica h̄z: nō cōmu
nicabo cū delictis eorum. Et hoc pla
num **Call.** Postulata lingue
est custodia r̄ criminū
excusacōne dāpnata sand⁹ p̄pha
magis eligit increpacōes iustōrū:
q̄ blandimēta peccatū. **d.** **Cor**
ripiet me iust⁹ in mīa r̄ increpabit
me emēdari. magis se vult miseri
cordis q̄ laudari fallacit. **Vñ** sc̄p̄
tū est **Meliora** sunt vulnera aīci q̄
volūtaria oscula inimici. **Aug⁹**
Dumilia cor tuū crucia cor tuū:
r̄ tu t̄ipsum emēdabis in mīa **Ex** q̄
pte tibi displicet iustus **Vis** vide
te q̄ iustus s̄ hoc in te t̄b̄ip̄si dis
plicet qd̄ a ideo ex eo qd̄ odisti te
quod fecisti. **ap̄isti** in te seuerus
esse r̄ erit deus misericōis. **pat** q̄a
tu nō pepcisti s̄ dicit ap̄l's **Remo**
vmq̄ carnē suā odio habuit. **Tñ**
qd̄ alio loco dicit **Caro** concupiscit

aduersus sp̄m **Cōcupiscit** aduersus
te tanq̄ coniūx tua. **ama** r̄ castiga
donec fiat in vna forma cōne i vna
concordia cū spiritu **Quādo** illud
erit. **sci** hoc corruptibile corp⁹. in
duerit in corruptelam: et mortale
hoc induerit immortalitatem

Nico **Loleū** aū p̄cōris. **r̄ blā**
dimētū adulatoris. **no**
ipinguet caput meū. **r̄ mentē** me
am retrahēdo ipsam ad p̄di cōfēsi
Call. **Oleū** em̄z peccatoris est
adulacōib⁹ r̄ blādimētis nostras
mentes vult olei pinguedo leniter
ingrediēs rigorem veritatis emol
lit: r̄ ad noxias cogitationes sine
amoris ostentatione perducit sic
in alio psalmo dictum est **Mollie**
runt sermones suos super oleum:
r̄ ipsi sunt iacula. **Qua** propter il
la moita semp eligēda sunt que n̄
ad dilectōne seculi trahunt: s̄ ad
p̄cepta nos diuinitatis mutant
Nicolaus quomā tales adula
tores ad deceptōne nitunt trahere
Idcirco **Adhuc** r̄ oratio mea
sup̄p̄tendit ad ipetrābū ne cōse
cia: **li** teneplacitis eorum. **in** q̄b⁹
male delectantur. **Translatio** hebra
ica habet. in malis eorum. vt non
sint mibi occasio delinquendi. **Se**
quitur **absorti** s̄ id est fracti seu vi
di sunt iūdi petre iudices eorum. **i**
id est illi qui iudicant eos tenefa
cere **absorti** sunt sicut fragile vas
allisū petre **Translatō** rōna h̄z. **ab**
sorti sūt iuxta petrā iudices eorum
Aug⁹ **Quid** ē absorti sūt iux pe
tras **Petra** aut̄ erat x̄ps. iuxta h⁹

copassi sunt iudices eorum tanquam in
dicantes de moribus et sententiam pro
ferentes dixit hoc aristoteles. Ad
iunge illum petre. et absortus est.
quid est aristoteles audiatur. dicie
christus. et apud inferos contremiscit.
dixit hoc pythagoras. dixit plato.
Adiunge illos petre. et para auto
ritate illorum autoritati euangelice
Cōpara inflatos crucifixo. dica
eis. vos leas vestras descripsistis in
cordibus superboꝝ. ille crucē suā in
cordibus. **Audiatur.**
te gum. **nicola.** ergo et au
diant superbi. verba mea ab sua
correctione. quoniam potuerunt. si se cor
rigere. uiuāt in hoc mūdo et penite
tes discant. hic crassitudo terre quoniam
uolunt scindere. rupta est super
terram et exiit furum. hic **Mi**
pata sunt omnia ossa nostra et uir
tutes anime nostre per scissionem peccato
rum. secus infernum ab quē appro
pinquare facit multiplicatio peccatoꝝ.
Virtutis enim dissipatio quae fit per vi
tia facit appropinquare ad penam ge
henne. Sequitur quod ad te **Dic** inci
pit versus in hebreo. quod ad te domine
oculi mei in te speraui non auferas
animam meam. **Dic** ratio precedit
eam. Vnde sic constituitur lea. Non
auferas et auferri non permittas
animam supple a te per culpam: quod ad te
domine oculi mei tanquam ad peccatorem
meum. In te speraui. Et idem. **Quo**
di me a laqueo quem statuerunt mihi
viz dyabolus et ministri eius. Et a
scandalis operantium iniquitate. **Sca**
dalu enim est deum vel factum minus rectum
preles occasionem crime alteri.

Cassi. et per fratres crebro per
uenit iniquitatis: quae sciam te
fugit caritate. Laquei sunt a ducer
sa carnis desideria: quibus mentes
humane blandis nexibus illicantur
Per laqueos igitur et scandala. totius
mundi mala breuiter perpleta comple
tus est: a quibus se supplicat custo
diri ne per insidias eorum possit illa
ari. **Cōsequens** subdit de electis se cu
li. cum quibus super noluit conicari di
cens. **Adent** in reticulo eius. **L.**
Nico **Viz** demonis. **peccato**
res illaqueati consue
tudine peccati. singulariter sicut ego
eorum consortia fugiendo. donec tūse
am. **lex** **hoc** **Cal.** **Hoc** enim seculum
seculo. **Cal.** huius mundi uelut vi
antes tūse dicunt. quod nullis eius
delectationibus occupantur. **Cognouimus**
kni fratres quae sit periculum si
loquimur incaute. cognouimus. quoniam
nos metuere debeamus quod sanctissimus
perplexa formidat. **Quoniam** enim non a uani
loquium subrepat. aut desiderium fal
sitate inducit. lingua est quae nos tra
hit ad vitia: quam uno modo tutissi
me vincimus si eam semper domini laudibus
occupemus. loquamur super illud ubi ne
scit errare. agat operum aie per futurum.
et securus uenerant auctori. **Tunc**
enim omni nōo custodia per omnia si iu
gite domini mandata meditemur. sicut
enim in malo quae non tacet bonum. **Rec**
erro: subripit ubi se ueritas celestis
insubdit. **Quia** si a nobis cogitatio ma
la subducat. si a dyabolo turpissimum se
gregat si a maioribus uisacōe diuidamur:
tūc ut perba dicit singulares
efficiamur domino nostro et christo qui est
2v

benedictio in secula seculorum. Amen.

Psalmus. C. xii.

Ora mea ad

Titulus. intellectus dicitur
cui esset in spelunca oratio

Cassi. Ad iram dicitur filius yesse
saulem regem fugit: et
cui esset in spelunca oravit. quod dominum
christum in corpore significabat esse facturum
nam cum adhuc orationi intellectus premit-
titur: ad christum per david signum tal-
comparatio refertur debere monstrari.

Glo. Qui cum esset in spelunca
hoc est in mundo vel in cor-
pore mortali: oratio eius fuit ad patrem

Collecta. Quod quia iam impletus
est in salvatore nostro:
corpus christi quod est in ecclesia: ipsius
fidelis christianus in hoc psalmo orat: ut
educatur de spelunca. hoc est de carcere
huius seculi et producat ad spaciola
atria patrie celestis beatus.

Ora mea ad dominum
clamavi.

Aug. Postquam dixit. voce non frustra ad-
dit. mea. quia multi clamant ad dominum
voce corporis sui et non sua. Sed enim in-
terior in quo spiritus cepit habitare per
fidem voce sua non strepitu labiorum: sed
in affectu cordis clamat ad dominum.
ubi solus deus audit. Nisi voce pul-
monis et lingue clamet: non audit
homo a te. Cogitatio tua clamor est ad
dominum. Voce mea ad dominum deprecatur filius

Rico. Repetio est eiusdem sente-
ntie ad maiorem affectum ex-
pressionem. Effundo lacum toto cona-
tu vel cum lacrimis in conspectu eius.

Aug. Hoc est in corde meo. ubi
tu solus deus vides. Loro-
nem meam. Si quando oras. expelle tu-
multum et cateruam rebellatum desiderii
orum tuorum. sit fixa cogitatio tua in eum
quem adoras. claudere ostium cor-
dis: ne temptator ingrediatur. Temptator non
cessat pulsare ut cupat si clausum
invenit. tunc quod in potestate nostra est
hoc ostium claudere. Ideo dicit apostolus
Neque detis locum dyabolo. Etiam si
transierit et possidet. attende. quod negli-
genter clausisti ad claudere neglexisti.
Quid est autem claudere ostium: hoc
ostium duas habet valvas. Cupi-
ditatis et timoris. Aut cupis aliquid
terrenum et hoc intrat: aut times aliquid
terrenum. et hoc similiter intrat. Timor-
is ergo et cupiditatis ianua: claudere
per dyabolum: et aperire ad christum. quod
ipsas valvas aperit ad christum cupi-
endo regnum celorum timendo ignem
gelene. Per cupiditatem seculi dia-
bolus intrat: per desiderium vite eterne
christus intrat. Sed quod sit illa oratio. conse-
quenter exponit dicens. Tribulatio-
nem meam ante ipsum pronuntio. et orationem
quam fit in tribulatione: quia plus so-
nat in auribus dei tribulatio contritum
cordis quam ore plata deprecatio.

Hugo. Deficiente ex me
spiritum meum. Id est dum defi-
cit in me spiritus meus ut non mihi
attribuam vires meas nichil presu-
mens. **Aug.** Sicque humiliter fa-
de me. **Aug.** deus. pronuntiaui
in conspectu tuo tribulationem meam:
et tu cognovisti sententias meas.
Iusticiae a peccatorum dei. **Rico.** a hac quod

ambulabam] viz in via moꝝ] ab
scendeꝛit supbi laqueu m] viz de
mones cu suis ministris ad pctm
me inducentes sub spe boni.

Aug⁹ Laquei a dextris sũt a
a sinistris. Laqi a dex
tris sũt p̄speritas seculi: laquei a
sinistris sũt aduersitas seculi. Tu
in medio laqueoz igredere. a via
noli re

Hug Considerabã
cedere. ad dexterã] v re
spiciebã ad eterna lō que p dexte
raz signũ. Et videbã lo culo fidei ip
sam dexteram quã mali non vide
bant. **Aug⁹**. Qui em in dexterã at
tendit videt. q̄ vero in sinistra. hoc
est in ista terrena attendit. excecatur.
Ideo q̄ mali sinistra amãtes.
dexterã n̄ videbãt. Et hoc e qd seq̄t

Glo Let nō erat q̄ cognoscet
me.] v attenderet ad me
respicies ad illa bona que sũt in
dexterã. Pr̄ijt fuga a me.]

Aug⁹ Persecutores viz prau
hoies absconderunt mi
hi laqueu a perijt fuga a me. v nō
fugi a mercenario at q̄ videt lupū
venientē non perijt fuga q̄ fugit
et dimittit oues. q̄ autē nō fugit.
patit̄ quicq̄d potest p xp̄o v nō fu
git a iō q̄ corpore aliq̄n licet fuge
re dicente dño. Si vos persecuti fue
rint in vna ciuitate: fugite in aliã
Sequit̄. q̄ nō e.] de illis viz p̄seque
tib.] q̄ req̄rat animã meã.] viz ad
imitandũ mores eius.] Clamauĩ
ad tedñe.] i tribulacōe mea.] q̄ di
xi.] affectu cordis.] tu es spes mea.]
q̄ p te solo hũ spero liberari. et tu es
etiã. porcio mea in fravuentũ.]

Cal. Paradiſus celeſtis e fra
vuentũ quã ſoli bñ feli
citer introibunt qui in eternitate
et in ſecuritate victuri ſunt. EN
tende ad de p̄ca cōem meã.] q̄ nec e

Aug⁹ q̄ humiliatus ſũz mi
ms.] v afflictus ſũz in
cōfeſſione et abiectus ſũ a p̄secuto
ribus. Dimis humiliati ſũt in hoc
ſeculo ſerui dei. Vinc pauus ait.
Sp̄ctaculũz facti ſum⁹ mũdo a an
gelis et ho

Hugo Ltera
me a p̄se
quentib.] itã demõmb⁹ q̄ ministris
ſuis p quos dyabolus agit p̄secu
tionem corpis vt intus fiat ruina
cordis. q̄ confortati ſunt ſup me.]
quĩ habũbat imĩtas: refrigerat
caritas multoz. Quo de custo
dia.] Translacio rōna h̄z. educ de
carcerel. animã meã.] v de p̄ſſura

